exemplum cassianus de duobꝰ
maleficis q̇ beatum antonium
ꝑ tres demones successiue mis
sos de cella mouere nequer̄t. lȝ
tēptatum se ꝑ hoc sentiret. Sȝ
qꝛ signo crucis ⁊ oratione tem
tationi resistit inefficacia homi
num fuerunt maleficia. uerum
in peccatoribus demon ptateȝ
maiorem habet ⁊ magnam. un̄
ueritas ait luc̄. xi. Cum fortis
armatus custodit atrium suum
in pace sunt omnia que possidȝ
Si autem fortior superueniēs
uicerit illū uniu̾sa arma eiꝰ au
z fert in quibus cōfidebat. Que
stio. xix. cur malefici instrumen
ta sue malicie ꝑ sacramenta ec
lesie uel ꝑ alia diuina tāgi pro
curant. ut filiuȝ trahēdo ꝑ cris
mā sacrum uel imagineȝ cereā
sub palla altaris ad tempus po
nendo ⁊ silia faciendo. R̷. d̄mo
nis īstinctu ista fiunt triplici d̄
cā. Primo ut n̄ solū hoies ꝑ ta
lia ꝑfidi fiāt sed etiā sacrilegi.
diuina q̄ȝtum in eis est cōtami
nādo plꝰ deū creatorē suū offen
dāt: intimiꝰ aīas ꝓprias ꝯdem
nēt. ⁊ plures in peccata ruer̄ fa
ciant. Secundo ut deus sic gra
uiter ꝑ hoies offensus ſm beati
aug. sententiam demōi maiorem
potestatem in homines malos
tribuat quibꝰ deꝰ concedit ira
tus quod denegarȝ ꝓpiciꝰ. Ter
tio ut sic sub specie boni appa
rētis plures simplices faciliꝰ de
cipiat qui tacta diuinis rebus ⁊
orōnibus a deo putant etiā ali
quid numinis obtinuisse ubi so
luȝ maiora peccata sunt cōmis
sa. ¶ Questio. xx. est cur plura ag
maleficia ⁊ supstitiones exerce
ri solent sacratioribus anni tē
poribus ⁊ ṗsertiȝ circa festū na
tiuitatis xpi? Rn̄. ꝙ triplici de
causa sicut in precedeti dubio
ꝑ oīa qꝛ festa plus frāgūt pc̄tis
mortalibꝰ q̄ȝ mechaicis opibus
ut aug. dicit li. de decem cordis
Supstitio aūt de maximis suili
bꝰ opibꝰ demonis est contra di
uinā reuerētiam. ¶ Rō secūdi ē
spālis de calēdis ianuarij. quia
ut isid. di. li. viij. ethiarum. c. ij

Janus a quo ianuarius mẽsis dictus ẽ. qui in circũcisiõis xpi die. incipit idolum fuit diuersi faciebus confictum .vna tanq̃ esset finis anni p̄cedẽtis : ⁊ alia tanq̃ esset p̄ncipium futuri: ⁊ imminentis anni. protector ⁊ fõtu natus auctor. ¶ In cuius reuerẽtiam potius demonis i idolo uenerati sunt demones: uarias cũ motiones luxuriosas fecerunt : strenas ⁊ iocalia sibi mutuo homines tradiderunt: choreas uarias duxerunt: mensas preparauerunt. De quibus mentio fit p beatum Aug. in multis locis ⁊ libris. ¶ Et. xxvi. q. v. habes fere p totũ. ¶ Sz has corruptellas fl'i xpiani imitãtur hodie circa eadem festa. licet predicatiõe sãctorũ extirpate sint in multis locis. Et tñ demonum operatõne alicubi translata sunt. ad ipra carnisprіuij. qñ cũ laruis : ⁊ ludis. ⁊ alijs supstitõib⁹ sĩlĩa fiũt.

bb ¶ Questio. xxi. vñ puenit q fe mine sepe in maiori multitudie reperiuntur superstitiose ⁊ malefice q̃ uiri :/ R. triplici de causa. ¶ Primo q2 prone sunt ad credendũ. ¶ Fidẽ aũt malam õmon principaliter q̃rit. Uñ eccl'. xix. (( Qui cito credit leuis ẽ corde ⁊ minorabitur)) Secundo quia a natura propter fluxibilitatem ɔplexiõis. faciliores sunt impssionis ad reuellatiões capiendas per impressionem separatorũ spirituuz . ut vult. dicit vbi supra. ¶ Qua ɔplexiõe cũ bene utũt mĩtũ bone sunt: cum male peiores sunt . Tertõ q2 linguam lubricã habẽt. ⁊ ea que mala arte sciũt eis comparibus feminis uix celare possunt: seqꝫ occulte cuz uires non habeant per maleficia uindicarẽ q̃runt faciliter. Unde eccles. xxv. (( Cõmorari leoni ⁊ draconi plus placebit quã hitare cum muliere nequã. Breuis ois malicia sup maliciaꝫ mulieris)) Questio. xxij. vtrum credi possit licite q demones incubi. sint ⁊ succubi mulierib⁹ infesti. ⁊ feias cognoscẽtes:/ R. Augu. de ciui. dei. q sic ⁊ Isid. li. viij. ethimo. ⁊ Tho. in multis locis quomodo autem ⁊ quib⁹ õ causis illa puenĩãt quomodo ul' an liberari possit quis ab hac uexatione : Uide in Dialogo quem collegi de formicarũ proprietatibus. libro. v. ¶ Questio. xxij. dd an ne possint aliq̃ regule dari p quas agnoscatur utruꝫ aliquid sit supstitiosum uel non. Dicit autem supstitio: ut pꝫ colla . ij. sup illo q̃ sunt rõnem hñtia sapientie in supstitõe. glosa ei dicit ibi q superstitio. ẽ religio supra modum seruata id est modis ul' circunstantijs malis ⁊ defectuosis. ¶ Est uero religio uirtus inclinãs ad exhibẽdũ õo ratione

sue excellentie debitum cultuz
ꝛ honorē tam in cordis q̄ȝ i cor
poris actibus: Rn̄.ſm tho.2.2.q
lxxxxiij ꝙ sic.saltem i genere ꝛ
lr̄atis.put ex uerbis elicitur ei⁹
sancti.Et sunt quinqȝ. Prima
est cuȝ gloria dei sit finis nr̄ pn̄
cipalis quem in omnib⁹ querer̄
debem⁹ .attendatur an op⁹ sit
ad gloriam dei ꝛ homo in ope
deo det principaliter gloriam.ꝑ
ipsumqȝ opus mēs hois deo su
bijciatur: iuxta illud.i.cori .x((
Siue manducatis siue bibitis
siue aliud quid faciatis oia in
dei gloriā facite)) Secunda.ui
deatur an opus ꝙ fit ꝛ ꝙ ptinet
ad aliqȝ abstinentiam corpora
lem uel ad corporis exercitium
utrum sit refrenatiuum concu
piscentie modo uirtuti debito ſꝫ
ritum ecclesie uel ſm moralem
doctrinam .qr apl's dicit ro.xij.
Ratōnabile sit obsequiuȝ urꝫ
loquēdo de corporalibus exerci
tijs.Tercia uideatur an op⁹ sit
ſm statutnm uniuersalis eccl'ie
uel ſm scripture sacre testimo
nium.ul' saltem ſm perticularis
ecclesie ritum.aut de cousuetu
die genēali q̄ ſꝫ aug.ꝑ lege hn̄
da ē un̄ bt̄s gre.scribit aug. an
geloꝝ epō dicenti.ꝙ sunt diuer
se eccl'ie cōsuetudines in missa
rū celebratōe mihi iq̄t gre.pla
cet ut siue i romana.siue in gal
liarū seu i q̄cūqȝ eccl'ia aliquid

iuenisti ꝙ pl⁹ oīpotenti deo pos
sit placere solicite eligas.Diuer
se inq̄t tho.eccl'ie cōsuetudines
i cultu dino i nullo vitati diuīe
repugnant.ꝛ ideo sunt seruāde
ꝛ eas preterir̄ illicitū est.Quar
ta inspiciatur an opus adhibi
tum uel exercitium ad effectuȝ
q̇ expectatur hēat nālem ꝓprie
tatē ul' n̄ de quo phisici medici
ꝛ astrologi in quantuȝ tales.ml'
ta iudicare pn̄t ꝛ theologi.Qui
ta consideretur si opus non est
merito res alicuius scandali da
ti ꝓbens occasiōeȝ ruine.qr tūc
licet n̄ esset supsticiosum tn̄ ꝑꝑ
scādalū esset dimittendū ul' dif
ferenō.uel occulte sine scanda
lo faciendū.Quicq̇d ē uni ex ꝓ
missis 5rium timēdum ē ut sup
sticiosum: uel ut pcēm.ꝓpt̄ pri
aȝ illicitū est exercere i nouo te
stamto cerimōialia l' iudicialia
ueteris testamti nisi de nouo in
stituta essēt ab eccl'ia l' gēte ꝑꝑ
idē ꝛ ꝑꝑ r̄gulā secūdā fatue fa
ciūt uouentes nō pectinare ca
put sabbato nl' ieiunar̄ die dn̄i
co tāq̄ȝ meliori die ꝛ sil'ia . ꝓpt̄
tertiā supstitōse agūt q̇ in ritib⁹
alicuins eccl'ie pticularis i ꝓces
sionibus uel huiusmodi se n̄ cō
formant 9mūitati.n̄ aliūde ex
cusent̄.ꝑꝑ quartā supsticiose a
gūt q̇ utut̄ caracteribus ignotis
uel noibus suspectis ul' alligatō
nū modis nihil cooperantibus

naturalic̃ effectui qui expectat̃ quia prefata de se naturalr̃ nullius actiuitatis sunt cum sint artificialia solum ꝛ quantitates. Idem est de imaginibus per astrologos factis. ꝛ annulis. ac lapidibus suis artificialibus. Similiter qui credūt ꝙ celi uel stellarum influentia aliquē necessitet ad aliqđ uiciū ꝓpter q̇n tam. si r̃s scandalosa esset notabiliter etiam benedictōnes aliq̃ que a secularibus ꝑ uerba duo ta fiūt sine malis ritibus sr̃ ifir mos essent saltez nō publice faciende. Questio .xxiiij. vtr̃ fascinatōes seu inuultuatiōes habeant efficatiā malam i pueris a uetulis mal:ꝛ Rn. Tho. 2. 2. q. xxxvj. Nō esset illicitū cauere. si q̇s timeret nocum̄tū alicui puero ex oculo fascinātē ꝗ fasciatiōem sic declarat .i. ꝑ. q. cxvij. Nam ut inquit ex forti imagiatione anime immutantur spūs corporis ꝯiecti. Que quidem immutatio spirituz maxime fit i oculis ad quos subtiliores spiritus proueniunt. Oculi eni inficiūt aerem ꝯtinuuz vsꝗ ad đ terminatū spaciū. Per quē modum specula si sint noua ꝛ pura ꝯtrahunt quādaz ipuritatē ex aspectu mulieris menstruate. ut Aristo. dicit in li. de somno ꝛ uigilia. Sic igitur cum aliqua aia fuerit uehementer cōmota ad malitiaz sicut maxime in uetulis contingit efficitur ſm modū p̃dictuz aspectus eius uenenosus ꝛ noxius ꝛ maxime. pueris qui habent corpus tenerū. ꝛ de facili receptiuuz impressiōis. Possibile ē ēt ꝙ dei ꝑmissione l' ex aliquo occulto fato: coopeř tur ad hoc malignitas demonū cū quibus sortilege uetule pactum aliquod habent. Hec tho.

Questio. xxv. Cur plus uexari uidentur fantasijs uel mirabilibus apparitionibus puerpere: ꝛ purgationis sue tempore quā alie infirme persone:ꝛ Respō ꝙ triplici de causa. Pria ſm alb. in libro đ somno ꝛ uigilia. Propter cōditōez sue infirmitatis. Pro tunc horrēde imagines facilius naturaliter eis i cerebro presentant̃ quas demones uel similia credūt ēē cū nihil sit realiter. Secunda q̇a tales sepe uetulas pro famulabus habēt que sunt plene superstitionibus Unde gladio peruerpas đ sero quodammodo benedicūt: gallinā nigrā lecto coniūgūt. Si puerpere moriuntur in puerperio eas iam defunctas in eisdē caligis ꝛ uestimentis quibus uestite erant uiuentibus propiquar̃ certo tpe affirmant: ꝛ multa similia fatua asserunt. Tercia qr alie femine supstitiose puerperas crebro uilitant: que etiam

plura superstitiosa solent semia
re ppter que si puerpere cito ta
lib⁹ credūt nō mirū si plusquaz
alie uel alij infirmi fantasijs fa
tuis a deo uexari permittātur
iuxta illud eccī.xxxiiij.(( Fanta
sias patitur cor tuum nisi ab al
tissimo emissa fuerit uisitatio))
§§ ¶ Questio.xxvi.vtrum licituz
sit per carmina scripta uel uer
ba sacra bn̄dicer̄ ifirmos hoies
uel iumēta: ꝛ an licitū sit eaꝺ se
cū deferre ꝛ portare q̄ icantatō
nis spēz hr̄e uidētur. ¶ Jncātato
res eim dicuntur qui artem ali
quā uerbis pagūt (ut dic̄ isido.
viij.li.ethiaꝝ) R̄ndet tho.2.2.
ubi supra ꝙ sic septem ꝯditioni
bus seruatis. Una est ut uidea
tur ne uerba aliquid ꝯtineant
ꝙ pertineat ad iuocationes de
monum expressas uel tacitas.
Secunda ne contineāt ignota
nomina. qꝛ ſm crisos. talia me
tuenda sūt ne aliquid supstitio
nis lateat. Tertia ne materia
uerborꝰ aliquid falsitatis cōti
neat: qꝛ sic eius effectus nō pos
set expectari a deo qui non est
testis falsitatis. ¶ Quarta ne ibi
contineantur uana. vt karacte
res inscripti preter signum cru
cis. ¶ Quinta ne spes habeatur
in modo scribēdi aut ligandi.
aut in quacūqꝫ huiusmōi uaui
tate que ad diuinā reuerētiā n̄
pertineat, quia alias iudicare
tur supstitiosū esse. ¶ Sexta ut
in alligatiōe platione uel scrip
tura diuinoꝝ uerboꝝ respectus
solū habeatur ad sacra uerba
ꝛ ad intellectum eoruz ꝛ ad dei
reuerētiā seu ad uirtutē diuinā
aqua expectatur effectus uel
ad sanctoꝝ reliquias a quibus
etiā prefacta expectantur secū
dario licet a deo principaliter.
Septima ut cōmittatur effect⁹
qui expectatur diuine uolunta
ti qui scit utrum sanitas uel tri
bulatio plus prosit inuocanti
uel minus uel an obsit. Et hāc
ꝯditionem ponit tho. in.2.2. in
materia de gratia. et di.xv. in
iiij. Alias erit licitum si nulla di
ctarum septem conditionum
opus infecerit. ¶ Probat tho. p
illud marc.vl. christo dicēte. ((
Signa eos qui crediderunt hec
sequenter. Jn nomine meo de
monia eijcient linguis loquen
tur nouis. serpentes tollent e̅t))
Jtem non minoris sanctitatis
sunt uerba dei quā sanctoꝝ reli
quie dicēte aug⁹. Non est min⁹
uerbū dei q̄z corp⁹ xp̄i. Sz ſm
omnes licet reliquias sanctorū
secū reuerēter portare ergo q̄lic
cūqꝫ nomē dei inuocetur rite p
oratōz dominicā p salutationē
angelicam uel alio modo licito
spes haberi potest in eo cōmit
tēdo effectū diue uolūtati. ¶ Ex
predictis elicit sanctus doctor

q predictis seruatis cōdictioni bus per diuina uerba licitum ē arcere serpentes. Et eadez rōne ut dicit quecūq; animalia si sol⁹ respectus hēatur ad sacra ūba z ad diuinā uirtutē. De serpenti bus tñ caute est agēdū in ican tatōibus qz (ut dicit) sepe tales habēt illicitas obseruātias. z p demones sortiuntur effectū. pre cipue i serpētibus. quia serpens fuit primū demonis instrumen tum ad hominem decipiendū.

bb ¶ Questio. xxvij. unde ortum hēant benedictiones z carmina tiones quas uetule hodie super infirmos z uiri quidaz faciunt? Rñ. q principiuz horū fuit san ctissimū. Sed sicut oīa demōis instinctu deprauātur medianti bus demonib⁹ z malis homini b⁹: ita z diuina nomia. Nā apo stoli z sancti uiri secundū illud mar. xvj ((In nomie meo demo nia eiicient)) infirmos uisitarūt z orationes super eos per sacra uerba fuderūt. Deinde sacerdo tes deuoti similia rite pegerūt p pē quod deuotissime orationes z exorcismi sancti repiuntur in antiquis hodie ecclesijs ad oīa que homines facere uel pati po terāt p deuotos uiros applicati olim sine oī supstitiōe: sicuti ēt hodie lr̄atos z sacre theologie doctores noui qui infirmos uisi tantes similia uerba egrotis applicauerūt nō soluz demonia cis. Sz superstitiosi hoies a se multa uana z illicita ad instar horū iuenerūt. quib⁹ hodie utū tur circa infirmos hoies z iumē ta. Nec clerus amplius ex sua desidia licitis utitur uerbis uisi tando infirmos nisi raro. ppter qd uilh. dict⁹ durandi glosator raymundi dicit. q talia prefata sacerdos religiosus z discretus. aut etiaz laicus uir siue mulier excellētis uite pbate discretōis facere pt. fusa oratiōe licita su per infirmū nō super pomū aut super cingulū z similia sed sup i firmantes iuxta dictum mar. ultimo ((super egros manus im ponent)) Nec sunt huiusmōi p sone phibende a talib⁹ nisi for te timeatur q ad exēpluz illoz indiscreti z supstitōsi alij carmi nationis sibi usurpent abusum tuētes se exēplo illorū. ¶ Que stio. xxvij. utruz ne credi possit licite q dēoniaci iuuari possint z melius habere per herbarum uel lapidum aliquoruz applica tionē? Rñ. q licz demon talib⁹ immediate arceri non possit qz sup omnia corporalia potentior est iuxta illud Job. xli. ((Nō ē potestas super terram que ei cō pari possit)) tamen per prefata que naturaliter compescere ha bent aliquas manie uel alteri us infirmitatis speties quibus

demõ instrumentalr utiṫ in pos sesso homie leuius habere pt̄ d̄ moniacus. Et ſm quoſdaz tota liter liberari. Unde .xxvi.q. ul tima dicitur ꝛ est autoritas bt̄i hierony. demonium ſustinenti licet petras uel herbas habere sine incantatione .ad idem est magister in hystõia scholastica super thobiam. ꝛ nicolaus de li ra super primo reg. de saulis ob ſessione. ¶ Questio. xxix. utrũ licitũ ſit demones adiurar̄ :℟. ſm tho.2.2.q.xc.ꝙ sic dummõ modi teneantur debiti expressi supra .q. xxiij. ꝛ .xxvi. ¶ Pro cuiꝰ intellectu ſm eundem tho. prio notandum ꝙ iurare promiſſo rie est ſeipsuz immobiliter ordi nare ad aliquid agendum. ¶ Nã ille qui iurat iuramẽto promis sorio ꝑ reuerẽtiam diuini nomi nis. ꝙ ad confirmationem ſue promiſſõis inducit: ſeipsuz obli gat ad faciendum ꝙ promittit. Secundo notandum ꝙ adiura re est ꝑ quandam ſimilitudinẽ iuramenti promiſſorii a ſe idu ctialium ad aliquid agenduz ꝓ uocare. Tertio notandum ꝙ ſi cut homo iurando promiſſorie ſeipſum ad aliqua agendnm or dinat ſeu prouocat : ita potest alium ad agendum dupliciter prouocare superiores quidem deprecando inferiores autẽ ĩpe rando ſeu compellẽdo. ¶ Et ſic ẽ duplex adiurandi modus. Unꝰ quidem ꝑ modum deprecatõis uel inductionis ob reuerentiaz alicuius ſacri uel ꝑ modum a micitie ſeu beniuolentie. Alius modus est uia imperii ſeu com pulſionis ꝑ hoc ad ꝓpoſitum. p̄ mo enim modo nõ licet demo nes adiurar̄ quia. uidet̄ ad ami citiam ꝛ beniuolentiam ꝑtinet̄ q̄ ñ licet ad demones uti. ď qno dicit origenes ſuꝑ math. Nõ lz ſm potestatem datam a ſalua tore adiurar̄ demonia iudaicũ enim est hoc. Isto modo utun tur nigromantici adiurationi bus demonum. Secundo autẽ modo adiurationis per cõpulsĩ onem vz licet nobis aliquo uti ꝛ aliquo ñ demones enim incur ſu huius uite nobis aduẽsarii ꝯ ſtituuntur. non autem eorũ ac tus nostre diſpoſitioni ſubdunt̄ ſed diſpoſitioni diuine ꝛ ſancto rum angelorũ quia ut dicit au gustinus Tertõ de trinitate. ſpi ritus deceptor regitur per ſpiri tum iuſtum: poſſumus demões adiurando per uirtutez diuini nominis tanquam inimicos re pellere ne nobis noceant uel ſpiritnaliter uel corporaliter. ſecundum potestatem datam a christo luce .x. ¶ Ecce dedi uo bis potestatem calcandi ſuper ſerpentes ꝛ ſcorpiones. ꝛ ſuper omnẽ potestatẽ inimici. ꝛ nihil

uobis nocebit non tñ licitum ē
eos adiurare ad aliquid discen
dum ab eis uel etiam ad aliq̄d
ꝑ eos obtinendum . qr hoc ꝑti
neret ad societatem aliquaꝫ cū
ipsis habitam. ꝓpter ꝙ super il
lo uerbo xp̄i. obmutesce ⁊ exi .
dic̄ crisos.mar.i.Salutifeꝝ no
bis dogma datur ne credamꝰ d̄
monibus q̄ꝫtumcūqꝫ denunciēt
ueritatem nisi forte ex speciali
instinctu uel reuellatione diui
na aliqui sancti ad aliquos ef
fectus demonuꝫ oꝑatione utāt̄
Sicut legit̄ de bt̄o Jacobo q̄ ꝑ
demones fecit hermogeneꝫ ad
ll se adduci hec tho . Questio.
xxx.utruꝫ licet adiurare irratō
nalem creaturam :· R̷.tho. ibi
dem ꝙ sic.ꝑ modum compulsio
nis que referri tūc debet ad dia
bolum qui in nocumentum no
strum utitur irrationalibꝰ crea
turis.Et talis ē modus adiurā
di in eccl̄ie exorcismis ꝑ quos
demonnm potestas excluditur
ab irrationalibus creaturis . si
enim intentio referetur ad ir
rationalem creaturam quo ad
se q̄ nihil intelligit uana esset.
mm Qnestio.xxxi.utrū homini
liceat alium hoīem adiurare :·
R̷.ẜm tho.ibidem.per modum
deꝑcationis licet quemlibet ho
minē imo deum ⁊ angelum ad
iurare ꝑ inuocatōeꝫ diuini noīs
ł alicuius rei sacre sꝫꝫ modum

cōpulsionis licet superioribꝰ re
spectu inferiorum quibus etiaꝫ
iuramenta imponere possunt i
casu nō tñ possunt inferiores su
perioribus ꝑ adiurationem per
modum compulsionis necitatē
imponere.Sicut se ad iuramē
ta ligare possuut . qꝛ sic usurpa
rent potestatem in alium quaꝫ
non habent licet possīnt ꝓpter
aliq̄ꝫ necitatē inferiores suos su
periores restringere tali gener̄
adiurationis. Questio xxxij.nn
utrum secularibus non ordina
tis ad exorcistatum licitum sit
demōiacos adiurar̄:· R̷.ẜꝫ tho.
i.iiij.di.xxiiij.q.iij.ar.i.sub ar.
iij.ꝙ sic nō tñ tanq̄ꝫ ex officio si
cut etiaꝫ ꝙ maius est ministra
re ad missam priuatam preserti
licet seculari puro candelas ac
cendere ⁊ huiusmodi .q̄ accoli
tatus sunt ordinis.⁊ tamē laicꝰ
pt̄ ea facere sed non ex offitio .
Questio.xxxiii . utrum uerum oo
sit ꝙ malefice alienas uaccas
lacte priuare ualeant.⁊ si sic q̄
le remedium possit applicari:·
R̷.ẜm p̄dicta ꝓ prima questōe
quō sicut patet questione .xvi.
Cum enim ẜm alber. i libro de
animalibꝰ lac de natura sit mē
strui i aīali quolibet.Sicut flu
xus talis humoris infirmitate a
liqua restringitur ut dicunt me
dici de femina . idem potest
demon si a deo permittitur in

beſtia facere. Notan̄dnm tn̄ ꝑ
ſolutione ſecūde queſtionis qd̄
iſtius fluxus ſcꝫ lactis reſtrictō
tripliciter fieri p̄t. Unoº ex con
ditione naturali ſicut poſt con
ceptum fetum. Alio modo ex i
firmitate accidentali. ſicut for
te ex comeſtōne alicuius herbe
q̄ lac reſtringere habeat ⁊ alte
rare uaccam. Tertio mō ex ma
leficio. Primo mō remedio nō
indiget. Secūdo modo ſi quis
ſciret naturale remediuꝫ appli
care poſſet ſicut etiaꝫ cōtra ali
as infirmitates poteſt ſecluſis
ſupſtitionibus tactis queſtione
xxiij. ⁊. xxvi. Cōtra tertium mo
dum diuina remedia applicari
poſſent: ſicut eſt dictuꝫ queſtio
ne. xxvi. Unde a deuotis perſo
nis ⁊ uirginibꝰ expertū habeo
ꝙ adhibito ſigno crucis ⁊ dn̄i
ca oratione cū ſalutatione ange
lica trinis uicibꝰ ul' circit̃ ceſſat
opꝰ demonis ſi ē per maleficiuꝫ
De hoc habuiſti capitulo. ix. ſu
pra. ff. Non' aūt licet applicare
ſupſtitioſa (ut quedā faciūt) ſer
uantes quoddā brodium de die
carniſpriuij ꝙ notat ſuperſtitio
pp nem demonis. Queſtio.
xxxiiij. utrum per ſacra uerba
modis antedictis ⁊ etiam lina
tis liceat contra grandines ſeu
cōtra tempeſtates procedere?
Reſpōdetur ꝙ ſic. Certū eiꝫ ē
ſic beatꝰ tho. dicit ſup. Job. j. ꝙ
demones grandines fulmina ⁊
tempeſtates deo permittente ꝓ
curare poſſunt ſicut ꝯtra iob fe
cerunt cuiꝰ oues igne cōſumpte
ſunt celeſti id eſt ō aere deſcen
dente per demones procurato
etiam ad conſumptionem paſto
rum. Similiter uehementem
uentum qui domū deiecit ⁊ ſep
tem filios ⁊ tres filias iterfecit
ruina. Unde licitis remedijs de
moni reſiſtere p̄t quis. Hanc
enim ob cauſam uniuerſaliter
uel communiter i eccleſia cāpa
ne contra aurā pulſantur tum
ut tanq̄ȝ per tubas deo conſe
cratas demones recedant a ſu
is maleficijs: tum etiam ut po
pulus excitatus deum contra
tempeſtates inuocet. Et eādem
ob cauſam cum altaris ſacram̄
to ⁊ ſacris uerbis ad auram ſe
dandam proceditur communi
ter ex antiquiſſima conſuetudi
ne eccleſiarū in gallia ⁊ in ger
mania. Fiant ergo talia ⁊ non
cōtra ea que dicta ſunt queſtio
ne. xxiij. Et in alijs his concor
dare uidentur iura ciuilia. C.
de maleficis et̃. Ubi notanter
dicitur ꝙ qui faciunt illud ideſt
impedientes ne labores homi
num uentorum grandiniſqꝫ la
pidatione ſternantur: non pe
na ſed premio digni ſunt. l. eo
rum ibidem. Queſtio. xxv. qq
ō genetaliacis ⁊ fortuna. Utrū

aliqui homies sint a natura bñ
uel male fortunati. Et quid de
fortuna tenendũ sit. dicuntur
autẽ genetaliaci ut dicit ysiđ.
viij. ethimo. c. ix. ꝑpter nataliũ
considerationem syderũ q̇ uul
go mathematici uocantur. For
tuna uero ut ibidem dicit. c. ij.
a fortuitis nom̃ habere dicitur
quasi deaʒ quandam res huma
nas uarijs casibus ⁊ fortuitis il
ludentem. Unde ⁊ cecaʒ appel
lant eo ꝙ passim in quoslibʒ in
currens sine ullo examine meri
torũ ⁊ ad bonos ⁊ ad malos ue
nit. hec isiđ. Sed taleʒ deã cre
dere idolatria esset. nec ita de
fortũa loquitur aristo. ij. phico
rum. nec ĩ libro de fortũa bona
nec theologi. Unde questioni p̃
fate. Rñdʒ sanct⁹ tho. iij. ꝯtra
gentiles. q. lxxxvij. ⁊ sequentib⁹
Pro quorum intellectu notan
dum secundũ eũ. Primo ꝙ ali
cui tunc bene dicitur a fortuna
contingere quando aliquod bo
num accidit sibi preter ĩtentio
nem ꝓpriam. sicut qui fodit ui
neam ĩtentione uites nutriendi
ĩuenit thesaurum. Potuit tam̃
talis ĩtẽtione aliena vʒ domini
sui qui sciuit ibi thesaurũ abscõ
ditum ex intentiõe dirigi. Ma
le aũt fortunari dr̃ si fodiendo
frangit tibiã. Secũdo notat qđ
in homine sunt tria que a tri
bus celestibus causis dirigũtur

voluntatis actus. ĩtellectus ac
tus ⁊ corporalia quorum primũ
a deo tm̃ ⁊ immediate. secũdũ
ab angelo. ⁊ tertiũ a celesti cor
pore dirigitur. Nam electões
⁊ uoluntates immediate a deo
diriguntur dicente ꝓũ. xxi. scri
ptura. Cor regis in manu dñi.
⁊ quocunq; uoluerit inclinabit
illud. Et phus. Deus est qui
operatur in nobis ⁊ uelle ⁊ per
ficere pro bona uoluntate. Co
gnitio uero humana in intelle
ctiua a deo mediantib⁹ angelis
ordinatur. Ea uero que ad cor
poralia pertinent siue sint exte
riora siue interiora in usum ho
minis ueniẽtia a deo mediãtib⁹
angelis ⁊ celestibus corporibus
dispensantur. Dicit enim beat⁹
dyo. c. iiij. de dinis noibus ꝙ cõ
pora celestia sunt cause eorum
que ĩ hoc mũdo fiũt. Cũ igitur
homo sit ordinatus ꝰm corpus
sub corporibus celestibus. ꝰm
intellectuʒ uero sub angelis ꝰʒ
uoluntatem aũt sub deo. potest
cõtingere aliquid preter inten
tioneʒ hois. quod tñ est secũdũ
ordinem celestium corpoꝝ uel
dispositionẽ angelorũ uel etiaʒ
dei. Tertio notat ꝙ nihil prohi
bet ꝙ etiam aliquis homo ha
beat ex impressione corporis ce
lestis aliquam efficaciã ĩ aliqui
bus corporalibus faciẽdis quã
alius non habet. Puta medic⁹

in sanando et agricola in plātan do: et miles in expugnādo. Hāc etiam efficatiā multo perfecti⁹ deus hominibus largitur ad sua opera efficaciter exequenda. h Tho. Unde uilh. in libro d' uni uerso dicit q̄ p expientiam hēt si meretrix nititur plantare oli uam nō officitur fructifera que tamen per castum plantata fru ctifera efficitur. Aduertendum tñ h dicit Tho. q̄ pfata corpis dispositio: et etiam angeli psua sio: non necessitet hominem ad eligendum: qui liber est. Pōt enim homo non sequi incliatio nem qualitatis corporalis et an geli persuasionē. Quarto notan dum q̄ aliquod bonum potest accidere homini. et preter inten tōem ppriam: et preter inclina tionem celestiū corporū: et pter angelorum illuminationem nō autem pter diuinam puidenti am que est factiua et guberna tiua cuiuslibet entis. Uñ respe ctu dei simpliciter nihil dicit. nec potest esse a cāu ul' a fortu na. sed respectu nostre uel an gelice nature. Questio. xxx vi. utrum uel quō differt aliquē esse bñ natum ul' male bñ fortu natum uel male bene guberna tum et bene custoditum: Rñdet tho. ibidem. q. lxxxx. Et dispositione relicta a corpore celesti i corpore nostro dicitur aliquis

non solū bene fortūnatus. aut male: sed etiam bñ natus. Secū dum vo q̄ ab angelo illuiatur dr̄ bene custoditus: s3 f̄m q̄ a deo i bonū iclinatur: dr̄ beñ gu bernatus. Et quādo aliquis ex impssiōe celestiū corporū iclia tur ad aliq̄s electōes sibi utiles quarum tam̄ utilitatē ppria rō ne non cognouit et cū hō ex lu mine intellectualiū substantia rum illuminatur eius intellect⁹ ad eadē agēda: et ex diuiā opa tione iclinatur eius volūtas ad eligēdum aliq̄d sibi utile: cuius rationem ignorat dicitur bene fortuñatus. Et ecōtrario male fortunatus quādo ex supiorib⁹ causis ad contraria ei⁹ electio incliñatur sicut de quoda3 dici tur iere. xx. Scribe istum steri lem uirum qui in diebus suis non psperabitur. Questio. xxxvij. utrum hō possit esse bñ fortunatus unīv'saliter. i. ut ali q̄s habeat i natura sua aliq̄ dis positōm ut eligat semp uel ut i pluribus aliq̄ quibus ɔiūcta sit p accidēs aliq̄ commoda ul' icō moda: Rñ. tho. ibide3. Ex cor pore celesti homo p̄t hr̄e talē i pssionem: q2 natura tm̄ ad unū ordinatur. Ea autē f̄m q̄ homi accidit bene ul' male f̄m fortu nam non sunt reducibilia in ali quod unum sed sunt indetmina ta et ifinita ut hr̄ .ij. phicor. Si

pt̄ esse ꝙ ex inclinatōe celesti i clinetur ad eligendum aliquid cui cōiungit̄ p accidens aliquō cōmodum. ⁊ ex alia inclinatio ne aliud. ⁊ ex tertia tertium. n̄ autē ꝙ ex una icliatōe inclinet̄ ad oīa. Ex una aūt diuīa dispo sitōne pt̄ homo ad oīa dirigi. h tt tho. Questio. xxxviij. vtrum p astra licite futura cognosci pos sint ꝙ diuinare dr̄ p astra: R. tho. 2. 2. q. lxxxxv. ar. v. Quedaȝ sciri possunt p certo. quedaȝ ne quaquam. quedaȝ ex coniectu ra non certitudinaliter. Certi tudinal'r pn̄t sciri p astronomos q̄ necessario eueniūt per cursus celoꝝ ut eclipses ⁊ aspectus sy derum adiuicē. non possunt au teȝ sciri per sydera duo que sub trahuntur eis que per certitudi nem sic sciri non pn̄t. Primo ef fectus contingentes p accidens siue in rebus humanis siue i na turalibus. sicut sūt euent⁹ fortu iti ⁊ casuales quia ex. vi. meta phice. ens p accidens non habȝ causam. ⁊ precipue naturalem. cuiusmodi est uirtus celestium corpum. Secundo meri actus li beri arbitrij ꝙ est facultas uo luntatis ⁊ ratōis sicut sunt futu ra opa hoim solum a libero ar bitrio depēdentia. qr nullū cor pus pt̄ sic directe imprimere in rem incorpoream qualis est uo luntas ⁊ intellect⁹. Istis ḡ duo bus modis ex astris diuinare ē suprsticiosum ⁊ illicituȝ. possūt tn̄ corpora celestia adhoc incli nare li. ar. dispositiue inquātuȝ imprimunt in corpus humanū ⁊ per ɔn̄s i uires sensitiuas que sunt actus corporalium organo rum q̄ inclināt ad humanos ac t⁹. Quia tn̄ uires sensitiue obe diunt rōni ut dr̄. iij. de aia ⁊. i. ethicoꝝ idō nulla necitas ex h libero arbitrio imponitur: sed ɔ tra inclinationem celestiuȝ cor porum homo pt̄ per rōneȝ opa ri. Si quis uero utatur conside ratione astroruȝ ad p̄cognoscē duȝ futura que ex celestib⁹ cau santur corporibus. puta siccita tes ⁊ pluuias ⁊ alia huiusmodi non erit diuinatio supersticiosa ⁊ illicita. Hec tho. Dicit etiam dn̄s alb. super. iiij. c. de di. no. ꝙ inferiora non possunt in supe rioribus cognosci certitudinali ter sed tm̄ coniecturaliter. Et adducit ad hoc ptolomeum. A risto. ⁊ auicenā multis ratiōib⁹ Questio. xxxix. Unde ergo p̄ueniunt ꝙ astrologi ex consiō ratione astrorum frequenter ue ra pronunciant etiam in hijs q̄ pertinent ad humanos actus. R. tho. 2. 2. q. x. c. v. ar. v. hoc contingit dupliciter. Uno qui dem modo qr plures hominum passiones corpales sequuntur: ⁊ idō actus eorum disponuntur

ut in pluribus ſm inclinatiõem
celeſtium corpoꝝ. Pauci autẽ
ſunt.i.ſoli ſapientes qui rõnes
huiuſmodi inclinatões moderẽ
tur. Et ideo aſtrologi in mul
tis uera pnuntiant: ⁊ precipue
in cõibus euentibus qui depen
dent ex multitudine.⁊c. Alio
modo propter demones ſe imi
ſcentes. Unde Aug.dicit in.ij.
ſup geñ.ad lr̃am. Fatendum ẽ
quando a mathematicis vera
dicunt̃ inſtinctu quodam occul
tiſſimo dici.ꝙ neſciẽtes huma
ne mentes patiuntur .ꝙ cuz ad
decipiendos hoĩes: fit ſpirituuz
ĩmundoꝝ ⁊ ſeductoꝝ operatio
ẽ.quibus quedã vera de tp̃rali
bus rebus noſſe pmittunt. Uñ
concludit. Qua pp bono xp̃ia
no.ſiue mathematici.ſiue quili
bet impie diuinantium.⁊ maxi
me dicentes uefa cauendi ſunt
ne conſortio demonioꝝ animã
deceptã pacto quodã ſocietatiſ
xx irretiant. Queſtio.xl.vtrum
licitum ſit coniecturare futura
per auguria ⁊ per aliorum ania
lium motus ſeu uoces uel geſtꝰ
Augures autem ſunt dicit Iſi
dorus vbi prius qui per uolatꝰ
auium ⁊ uoces intendunt aliq̃
ſigna rerum uel obſeruationes
improuiſas hoĩbus occurentes
qui ⁊ auſpices dicuntur .Auruſ
pices tamen proprie qui oculis
⁊ uiſu. Auſpices uero qui audi
tu ⁊ ex uoce coniecturant: Reſ
pondet Tho. ibidem ꝙ ſic ſub
diſtinctione tamen. Nam cum
bruta animalia non habeãt ni
ſi animam ſenſitiuaz cuius om
nes potentie ſunt actus corpõa
lium organoꝝ.ideo ſubiacet eo
rum anima diſpoſitiõi continẽ
tium corporum: ⁊ primordialiť
celeſtium corporuz. Et ideo ni
hil phibet aliquas eorum ope
rationes eſſe futuroꝝ ſiĝ. in q̃n
tum conformãtur diſpoſitõibus
corporum celeſtium: ⁊ aeris ꝯ
tinentis: ex qua proueniunt ali
qui futuri euentus. In hoc ta
men duo conſiderari oportet.
Primum quidem ut huiuſmõi
operationes non extendantur
niſi ad precognoſcenda futura
que cauſantur per motꝰ celeſtiũ
corporum (ut ſupra dictuz eſt)
Secundo ut non extendantur
niſi ad ea que aliqualiter poſ
ſunt ad huiuſmodi animalia p
tinere. Conſequuntur eniz ani
malia cognitionem quandã na
turalem et inſtinctum triplicĩť
Uno modo per celeſtia corpo
ra: ad ea que eorum uite ſunt
neceſſaria: ſicut ſunt immuta
tiones que fiunt per pluuiaſ.vẽ
tos.⁊ alia huiuſmodi. Unde ſi
quis ex hoc ꝙ cornicula frequẽ
ter crocitat predicat pluuiam
cito uenturã: ñ ẽ illicituz .Alio
mõ iſtinctꝰ huiuſmodi cauſanť

ex causa spūali bona angelo uł ex deo. ut pꝫ in columba super xp̄m descendēte luc. iij. Et ī coruo qui pauit heliam. iij. regum .xvij. Et in ceto qui absorbuit ꝛ eicit ionā Jone. j. Alio° ex causa spirituali mala ut ex demonibus q̄ utūtur huiusmodi operationibus brutorum aialium ad implicādum aīas uanis opinionibus. Et eadem ratio uidetur esse de oībus alijs h°mōi. oīs igitur huiusmōi diuinatio si extendatur ultra illud ad quō pt̄ attingere ꝭm ordinem nature ł diuine prouidentie est superstitiosa ꝛ illicita. Hec tho. ¶ Questio. xli. utrum ꝑ omen possint futura cognosci. Est autem ꝭꝫ tho. omen uerbum ex in sperato prolatum ex quo seq̄tur bonū alicuius. Et tunc dicit̄ omen illius. ꝛ ponitur exemplū de romanis q̄rentibus locum aptum ut ibi manerent. ꝛ ciuitateꝫ edificarent. Et cum uenissent ad locum ubi nunc est roma uexillarius qui ferebat uexillm precedendo fixit illud ī terra dicēs Stemus quia hic optime mānebimus. Et hoc uerbum fuit acceptū ꝑ omine? Rn̄det tho. ibidem aliter est dicendū de omine q̄ꝫ de p̄fatis augurijs. qꝛ uerba hūana q̄ accipiūt̄ ꝑ omine non subduntur dispositioni stellarum: disponuntur tn̄ duplicit̄ aliqn̄ ꝭm diuinam prouidentiā aliqn̄ uero ꝭm demonis opationem ꝭm primum modum cōiecturare est licitum. ¶ Un̄ gedeon qui in cathalogo sanctoꝝ heb. xi. ponitur usus fuit omine ex ꝭ q̄ audiuit recitationem ꝛ interp̄tationem cuiusdam somnij. ut legitur iudicum. vij. ¶ Et similiter heliezer seruus abrahe: ut legitur geñ. xxiiij. Sed gedeon obseruauit recitatōem ꝛ expositionem somnij accipiens eadeꝫ ꝑ omine quasi ordinata ad sui instructionem a diuina ꝓuidētia: ꝛ similiter heliezer attendit uerba puelle oratione premissa ad deum hec tho. Secūdo modo coniecturare est illicitū quo modo receperunt omē serui benedab regis syrie qui audiētes ab ore regis isrהabel achab. hoc uꝫ uerbuꝫ. Si adhuc uiuit. frater meus ē acceperunt pro omine. ꝛ festinantes rapuerunt uerbum ex ore ei° atq; dixerāt. Frater tuus benedab uiuit. iij. reg. xx. ¶ Questio. xlij. utrum ex arte phisonomie diuinare licituꝫ sit id ē ex dispositione membrorum hoīs coniecturare de morībus hoim? Rn̄. alb. li. i. de animalibus tractatu. ij. q̄ sic dum modo caute fiat uꝫ soluꝫ de natura ɔiectualiter: sꝫ ō morib° ꝛ electionibus non diffinitiē iudicando. Et ad hoc p̄res allegat

phos. Ubi notat primo quod phiso nomia est scientia docens diui nare id est cõiecturare de affec tibus hoim per physicas formas mẽbrorum. Secundo notat quod ex multis que sunt i homine ac cipitur coniectura illa. ¶ Primo ex sanguine siue humore. quia ex talibus passionatur faciliter hõ et afficitur humore quadruplici videlicet sanguineo . melanconico . colerico . et flegmatico. Secũdo ex sexu masculinitatis et femiei tatis. ¶ Tertio ex oculis capill'. auribus. facie. et alijs membris patentibus. Propter quod Ptolo meus dicit diuinare melius ex stellis secũdis et ueri'. ¶ Stellas secundas uocans figuras et acci dentia inuẽta in rebus physicis que a stellis superioribus impres sa materie scimus. ¶ Sed superio res stelle . aliquã nihil imprimũt licet in eis non deficiat. sed in materia inferius indisposita.

¶ Tertio notat quod prefatorum ne cessitat uoluntatem. Unde nul lus diffinitiue iudicandus ẽ ex talibus malus esse. nisi manife stum sit suum malum. licet pre fata aliquando inclinent aut si gnent inclinationem affectus. Unde per tria põt quis contra ta lia operari. Prio per hoc quod mem brum quod inspicitur est fõte signũ per accidens infirmitatis alicu ius et non nature. Secundo per liberum arbitriũ quo (ut phs in . iij. ethicorum dicit) Sum' dñi nostrarum actionum. Tertio per ha bitum uirtutis uel consuetudinem unde aristoteles refert discipu los ipocratis eiusdem faciem op time depictã obtulisse philemo ni optio physonomo. ¶ Qui iudi cauit illud esse uiri luxuriosi et deceptoris idolum. quod cũ i indi gnanter ipocrati retulissent: res põdit. uere iudicauit: quia ad hoc natura inclinauit. Sed illud quod natura non dedit amor uirtutũ et phie cõtulit. s. continentiam et fidem. Hec Alber. ¶ Tertiũ ãt est quod gratia pl' ualet quam oia antedi cta. Unde deuoti uiri min' alijs sũt iudicãdi. Unde artẽ prefatã ap probat salomon prouer. xvij. d. In facie prudẽtis lucet sapia: ocu li stultorum in finib' terre. ¶ Et ecc. xix. Et uisu cognoscitur uir. et ab ocursu faciei cognoscitur se satus. ¶ Sed iudicia ueritas ui tare inbet cum iudeis ait Joh. vij. Nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate. Questio. xliij. utrum aliqua ue ra scientia per artem notoriam possit acquiri. Est autem ars no toria quedam obseruantia qua per ieiunia abstinentias et ora tiones uerbales cum inspectiõe quarundam figurarũ seu carecterum ac prolatione uerborum igno torum et similium quis scientiã

notãdum

adipisci molitur. ¶ Rñ. tho. 2. 2. q. x. c. vi. ar. i. q3 ars notoria illi cita 7 inefficax est. 7 ideo penitus repudianda 7 fugienda a xpiano. ¶ Primum probat q3 utitur ignotis caracteribus 7 uerbis ut. q. xxvi. dictũ ẽ. Unñ super uacuis signis utẽs. tacita demonum pacta habet. Secundum patet. q3 null9 demõ intellectũ hois illuminare põt quez ex obstinatione obtenebrare intẽdit semp ut docet tho. i. pte. Acquisicõ aũt sciẽtie 7 sapientie fit p illuminatiões. Unñ ut aug9. dic̃ x. li. de ci. dei. etiam teste porphirio pho. Demonũ operatiõibus 7 obseruãtijs 7 purgationibus aĩa nec diuinã nec ueram sciẽtiã adipiscit. ¶ Tertiũ patet ex aug9. li. ij. de doctrina xpiana. Eadem ratione sicut de supstitionib9 ceteris quas ibi iprobat. ¶ Questio. xliiij. utr3 saliatores peccent iudicantes in suis cõiecturis. Sunt enim saliatores ut dicit isiđ. li. viij. ethimo. sic dicti. q3 dum eis membrorũ quecunq3 ptes salierit aliquid sibi exinde prosperum seu triste significare predicunt. ¶ Respondet idem ibidem quod sic. Idẽ ex questionibus. xxiij. 7. xxvi. patet. ¶ Unñ cõcludit ex supra dictis oĩbus isiđ. quod i his omnibus ars demonũ ex quadam pestifera societate hoim 7 angelo3 malo3 exorta est. unde et cũcta uitãda sunt xpiano et omni penitus execratione repudianda atq3 damnanda. ¶ Hec isiđ. ¶ Questio. xlv. utrũ ne licitum sit dies. annos. obseruare aut menses. ad exeundum de domo p itinera. ad induẽdũ nouas uestes. 7 ad faciendũ similia. pro habẽda prosperitate 7 uitãda aduersitate? Rñdet text9. xxvi. q. vi. non licet 7 sequentibus multis auctoritatib9 summorum põtificũ 7 aug. q3 non. Unde ibi improbantur obseruatores kalẽdarũ ianuarij sub ritu paganorũ v3 ne aliquid pl9 noui fiat propter annum nouũ. Ne mense cum epulis parẽtur uel lampadibus: ne per uicos 7 plateas chori ducantur: nec cautiones fiant. ¶ Et tales anathema sũt qui faciũt. Itẽ i alio c. dicitur. ¶ Non obseruetis dies qui dicuntur egyptiaci. glosa. quos egyptij inuenerũt. ut qui aliquod opus in die tali inchoaret malum haberet exitum. Tñ ex antiquitate ecclesia sigt hos dies i kalẽdarijs suis. ¶ Hec ibi. Unde aug9. in encheridion et ibidẽ in decreto habetur. Quis existimaret q̃3 magnum pcm sit dies obseruare 7 menses 7 annos 7 tempora sicut obseruant qui certis diebus siue annis siue mensibus uolunt uel nolunt

inchoare aliq̄d eo quod ꝭ3 uari as doctrinas hoim fausta uel infausta existimāt tpa nō hui⁹ mali magnitudinē ex tioꝛ apl'i pēsarem⁹.q̄ de talib⁹ ait ((Nūc cognouistis deum imo cogniti estis a deo quō cōuertimi iterꝫ ad infirma ꝛ egena elementa q̄bus denuo seruire utilis. dies obseruatis: ꝛ mēses ꝛ tempora ꝛ ānos .Timeo uos ne forte sin̄ causa laborauerī in uobis)) Tn̄ bene obseruaꝛ quis pōt tpa qn̄ luna est incerta quota sit ꝑ se candis lignis ut diuti⁹ durent: ꝛ minus a uermibus rodantur. Sic de pomorū coligendis fructibus ꝛ de similibus que ex naturali phīa uel ex arte autentica sine supstitionibus seruari ꝺbent uel possunt.

Capitulum.xij.

Non ꝓhibetur in colendo unum deum superbia qua quis renuit deo obedire sicut humilitate deum reuerēmur debite.ubi primo uidendū erit quid sit supbia.quō differat ab inani gloria: ꝛ quam detestabile uicium sit .Scdō q̄ sint eius spēs. Tertio qn̄ fit mortale peccatū: ꝛ de eius remedijs. Circa primū notandū ꝭm tho. 2.2. q. clxij. ꝛ questionibus: de malo q̄stione de superbia. quod supbia est contēptus dei uel superioris uel nolle obedire talium p̄ceptis. Et hoc ē formale ꝛ pricipale. Sed materiale ē audax seu p̄sūptuosus appetitus ꝛ inordinatus proprie excellentie. Dr̄ ḡ p̄mo cōtemptus. Ubi nōt: quod b ꝭm tho. 2.2.q.clxxxvj.ar. ix. q̄ tunc aliquis cōmittit uel trāsgrditur aliquid ex cōtēptu qn̄ uoluntas eius renuit subijci ordinationi legis uel regule: ꝛ ex hoc procedit ad faciendum contra legem uel regulā. Quando aūt ecōtra ꝑpter aliquaꝫ particularē causam ,puta cōcupiscētiam uel irā uel desideriū cuiuscūq̄ alterius rei inducit ad aliquid faciendū cōtra statuta legis uel regule non peccat ex cōtemptu sed ex aliqua alia causa. ēt ꝛ si frequēter ex eadē causa ul' alia sili peccatū iteret. Frequētia tn̄ dispositiē inducit ad contēptū. Nam ꝭm bern̄. Contēpt⁹ est tumoꝛ superbie. Dr̄ consequentē ī descriptiōe supbie. Nolle obedire. Quod declarat cōtēptum id est rēnuere obedire. Est enī transgressio p̄cepti effectus exteriō supbie q̄ ē in omī mortali pc̄o. Sed cōtēpt⁹ p̄cepti ē iteri oꝛ actus ꝛ n̄ ē in omī pc̄o mōtali. qꝛ q̄dam fiūt ex ignorātia alia ex fragilitate. sed supbia ex q̄dā malicia. Dr̄ uel supioris .qꝛ quēlibꝫ debem⁹ supiorē arbitrari ut postea diceꝛ. Dr̄ appetit⁹ audax. qꝛ supbia ē in irascibili

de proprio bono presūptō q̄da3
q̄ se erigit contra deum vel ali
os hoīes eos vel eoꝝ mandata
ꝑuipendendo seu contemnēdo
dicitur inordinatus: quia si or
dinate quis appeteret excellen
tias suas: non peccaret. Nā rex
frācie ꝓferre pōt diuitias suas
diuitijs militis. Et considerare
dona tp̄alia: ⁊ spiritualia sibi
collata a deo: sed cū gratiaruȝ
actione. in deū debȝ ea reduce
re. Qd̄ si se extollat de eis ꝯ de
um. aut ꝓximū. aut eoꝝ māda
ta inordinate tunc appetit. dici
tur ꝓprie excellentie. Unde di
cit Alex. de hal. in sūma ꝙ cuȝ
supbia sit appetere excellentiā
sui: aliud ē appetere excellētiā
⁊ aliud appetere excellentiam
ut ꝓpriam. Appetere eni͂ excel
lentiam cū sit naturale homini
⁊ angelo: inq̄tum sunt facti ad
dei imaginē: nō ē peccatū: sed
appetere excellentiā ꝓpriaȝ: ut
ꝓpriā semp ē peccatum. Et fit
multipliciter ut in spēbus appa
c rebit quattuor. Ex quibus pȝ.
Primo ꝙ supbia duplici virtu
ti ꝯriatur directe humilitati q°
ad fōmale: in supbia. ⁊ quo ad
matēiale magnanimitati. Que
uirtus iportat extēsionē animi
ad magna ⁊ ardua in omni vir
tute. Secundo supbia differt
ab appetitu inanis glorie. seu
ab inani gloria. Pro cuius itel
lectu. nota ſm aureolum in. ij.
dist. xxi. q. ij. ꝙ aliud ē cōplace
re ⁊ delectari in sui excellentia
habita. ꝙ ē uane glorie: ⁊ aliō
ē erigere se super alios. ꝙ ē suꝑ
bie. Affectiones eniȝ appetitus
sequuntur cōformiter existima
tiones intellectus. Sed alia ē
existimatio in intellectu existi
mare quantitateȝ sue excellen
tie absolute: ⁊ aliud ē existima
re excellentiaȝ suaȝ ꝯparatiue
ad alios secundum excessum.
imo hec secunda oritur ex pri
ma. Primo enim intellet⁹ inor
dinatus existimat suas sufficiē
tias esse magnas: ⁊ supremi gra
dus. Secundo ex hac existima
tione oritur statim existimatio
isufficientie alioꝝ. qua exi̅stiat
excellentias alioꝝ paruas. Et
hoc dupliciter. vel existimādo
sufficiētias ꝓprias magni gra
dus uel sufficientias sibi equa
liū modicas. Igitur i appetitu
erunt conformiter due affectio
nes correspōdentes ultimis exi
stimationibus duabus. Primā
quidē existimationeȝ qua inor
diate existimat excellentiā suā
magni gradus absolute sequit̄
in appetitu delectatio: ⁊ com
placentia i propria excellētia:
que ē inanis gloria: sed secūdā
existimationeȝ qua paruipēdit
aliorum bona sequitur erectio
Et talis erectio ē superbia. Et

ſi erectio talis ē reſpectu ſuꝑio
rum uel maiorum tunc dr̄ irre
uerentia: ⁊ ſequitur exiſtimatō
nē qua iudicat q̇s ſuas ſufficien
tias magnas ⁊ ſuperiorū ꝑuas.
¶ Reſpectu uero equaliū dr̄ pre
fata erectio cōtēptus. qui ſequi
tur exiſtimationē qua quis bōa
equalia aliorū reputat q̈ſi nul
la. Uidetur igitur ꝙ ſuperbia q̈
dupliciť differat ab inani glo
ria. quia ſuperbia ē in appetitu
iraſcibili reſpectu alicuiꝰ ardui
cum quodam cōtemptu aliquã
do. ⁊ in illo qui non curat mani
feſtationē. ſed inanis gloria ē i
cōcupiſcibili non ſemper de ar
duo nec ſemper cum cōtemptu
⁊ ſemper ē appetitu manifeſta
d tionis. ¶ Dubitatať que ſint ra
dices ſuꝑbie: Reſpōdetur ꝙ tri
plices ¶ Prima eſt inordinatus
amor ſui. Ex illo enim quis faci
liter retorquet inordinate in ſe
excellentias ueras uel falſas.
Secunda eſt cōſideratio incau
ta bonorum ſuoꝝ. Que cū oīa
ſint a deo pricipaliter aut tota
liter. ſi per gratiarum actōꝫ nō
in deum dirigūtur ſe erigit ani
mus i ſuꝑbiā. Tertia eſt negli
gentia cōſiderandi deū ⁊ proxi
mum. Nam ſi ſepe cōſideramꝰ
deū ⁊ potentiſſimū. ſapientiſſi
mū: ⁊ optimū. a quo manant
precepta non faciliter nos con
tra eum erigeremus. Similiter

ſi cōſideramus debite ꝓximū
nō faciliť eū cōtēneremus ſi eq̈
lis eſt aut irreuerēter tractare
mus ſi ſuꝑior ē. ¶ Cōſidera igiť i
ꝓximo quolibet qūo raro ē ali
q̇s tã ꝑuꝰ q̇n aliqñ magno ꝓdeſ
ſe poſſit. Itē ꝙ aliquã uirtutē
occultā habet q̈ cares. Itē ꝙ
forte ꝑdeſtinatus ē ⁊ tu dãnan
dus. ut in iuda ⁊ magdalena.
claruit improuiſe in multis.
¶ Dubitať. cū ſuꝑbiř ſit ſupra e
regulã a deo nobis traditã irre q̃
ſint regule ſm̄ q̈s menſurař de
bemꝰ oꝑa ne ſuꝑbiamus: Rñ.
ꝙ. iiij. oppoſita. iiij. ſpēbus ſuꝑ
bie de q̇bus gre. dicit. xxiiij. mo
rū. Prima ut credamꝰ firmiter
oīa bona nr̄a q̃ ñ ſunt pc̄a ⁊ de
fectus a deo nobis data. Scd̄a
ut ſi q̃ meruimꝰ deꝰ pricipaliſſi
mus auctor extitit ſine quo ne
dū ſumꝰ aliq̇d ſufficiētes facere
aut uelle bonū. ſꝫ nec cogitare
ut diť aplꝰs. Tertia ē agnoſce
re bona noſtra que habemus a
deo eſſe nihil alieni nobis aſcri
bendo. Quarta amare ꝓximū i
nullo eū decipiēdo. ¶ Quam f
malū ſit ſuperbia: patet primo
auctoritatibꝰ. Eſt. n. quaſi rex ľ
regina alioꝝ uicioꝝ. Unde ꝑs.
((Emūdabor a delicto maxio))
id eſt ſuꝑbia ſm̄ glo. Itē eccī.
x. ((Iniciū oīs peccati ſuꝑbia
qui tenuerit eã iplebitur male
dictis)) Itē theodie. iiij ((ſuꝑbiá

nunq̃ in tuo sensu aut in tuo v̄bo dominari pmittas. In ipa enim inicium sumpsit omnis perditio)) Secūdo p3 exēplis. Nā superbia de supmo angelo fecit pessimū dmonē. ysa. xiiij. ((quo cecidisti lucifer d̄ celo qui mane oriebaris.)) Ecce de angelo fit demon. de nobilissima creatura. pessima fit. ⁊ de celo eijcitur in infernū. ¶ Itē eua p superbiam q̄ uoluit effici sciens ut d̄us facta ē isciens: quodāmodo ut pecus. ps. Hō cum in honore esset non intellexit cōpatus est iumētis insipientibus ⁊ similis factus ē illis. ¶ Item saul postq̃ humilitate: in regnū p deu3 ducitur: supbiens deijcit ⁊ posteri sui: ⁊ a demone possidētur. i. re. xv. ¶ Itē nabuchodonosor. dañ. v. supbiēs depositus ē de solio regni sui: ⁊ gloria eius ablata ē ei: ⁊ a filijs hoim eiectus. ¶ Itē phariseus qui se dixit non ēē vt ceteri: ut se sup ceteros extolleret: non ē iustificatus: sed hūiľ publicanus. luc. xviij. Itē Pe. qui preceteris presumpsit dicēs ((⁊ si omnes fuerint scandalizati in te ego non scandalizabō)) Math. xxvi. vilius ceteris lapsus ē p ancillam piurando ⁊ trina uice. ¶ Quo ad. ij. principale de speciebus superbie. notandum pro intellectu earumdem secundū Tho. q. de malo materia de supbia. q. iij. q̄ quedam se habēt antecedētis ad supbiā ut sunt ex q̄bus oritur faciliter: alia sunt in quibus essentialiť cōsistit supbia: alia aūt sunt q̄ cōsequūtur supbiam: ⁊ ab ipsa eliciuntur. ¶ Et quodlibet istoꝝ ē multiplex. Nā cū superbia sit iordinatus amor proprie excellentie. tot erunt antecedētia ⁊ cause ⁊ origenes: quot bona in quibus quis excellentiam inordinate appetere pōt. Sūt aūt i genere triplitia bona. Primo i fima q̄ dicunť fortune: ut diuitie. delitie. dignitates officioꝝ. amici. ⁊ honores. ¶ Secundo bona nature quo ad corpus: ut pulchritudo. fortitudo. sanitas ⁊ nobilitas: quo ad aiam intellectus perspicacitas naturalis. scientia acquisita. memorie tenacitas: ad uirtutes naturalis habilitas seu uirtus naturalis uirtus acquisita potestas tollerandi. exēcitia spiritualia. ⁊ artes acq̄site. ¶ Tertio bona gratie ut fides. spes. caritas. ⁊ alia. Cū igitur homo inordinate diligit se q̄ ē radix oim pctorum id ē cum non refert omnia bona in deum p° p̄ncipaliter ⁊ finaliter ꝑut in primo p̄cepto dictu3 est quodlibet prefatorum bonorū faciliter homo retorquet in se: ⁊ se extollit ultra q̃ deb3. Essētialiter uero superbia fm Gre. b

xxiij. moꝝ. consistit in quattuor spēbus. quas declarat sanctus tho. ubi supra. nam ſm aug .li. sententiaꝝ prosperi. Superbia est inordinatꝰ amor proprie excellentie. ut cum homo vult sibi aliquod bonum. solum iō qr hoc habendo uel isto modo habendo excellentior est q̄ nō habendo uel non sic habendo. In isto autez caplo solum de p̄mis duabꝰ spēbꝰ dicet̄. Prima igit̄ species suꝑbie ē. cum bonuz ꝙ sibi iest ab alio a semetipso hr̄e se existimat. Excellentius eniz est quod aliquod bonum insit alicui a se q̄ ab alio. Quando ergo homo ꝑpter inordinatum amorem proprie excellētie mouetur ad extimandum illd̄ bonum ꝙ habet ab alio se solum habere a se. Et uult etiā sic habere a seipso: tunc superbit prima spē. ꝯ tales apo. i. cori .iiij. dicit ((Quid habes ꝙ non accepisti)) sup quo glo. aug. Sciēdū neminem posse discerni ab illa perditionis massa nisi q̄ hoc bonum habet ꝙ credat ꝙ quicq̄d boni habet a gratia saluatoris accepit. Un̄ phs i primo d̄ celo mundo. Ab hoc quidē ente scz deo dependet celum. ⁊ tota eiꝰ natura. ⁊ ab uno ente singulis cōmunicatum est esse ⁊ uiuere nam q̄cunq̄ habemꝰ: a deo habemꝰ. aut immediate a sua manu potenti nobis porrecta ut animam. intellectum. uoluntatē memoriam. fidem. ⁊ uirtutes infusas. aut mediantibus dei nunciis qui sunt celū. elementa. homines. bestie. ⁊ alia tempōalia nobis porrecta: Patet h̄ p illd̄ math. vj. ubi dicit̄ ((ꝙ aues non nent nec serunt ⁊ tamen pr̄ celestis eas pascit)) Non iquit ipse se pascūt lz nolēt ⁊ querāt. Itē patet expientia. nam agricola q̄ interdum ex uno anno bene colit vineam minꝰ ꝑcipit: q̄ precedēti āno qn̄ male coluerat uineam. Cur: qr laboꝛ humanus non sufficit. sed solis ⁊ celorum īfluentia aeris temperies ⁊ nā in q̄ deus dn̄atur nō hō. Sed dicis. credo me omnia bona a deo hr̄e: g̃ careo prima spē suꝑbie. Rn̄det uilh̄ .i summa uicōrum. d. ꝙ etiā ideo dicitur ꝺ superbo. quō ipse credit bona sua habere a se qr scilicet facit ac si crederet. Sicut in simili aliquis dicitur nō credere xp̄m filiū dei qui nec illius terretur cōminationibus nec attrahitur promissionibus. nec ꝑceptis obtemperat neccōsiliis acquiescit. ut dicit bern̄. Sunt autem tria q̄tū ad hoc ꝙ dicitur superbus facere q̄si crederz bona sua a se hr̄e ⁊ non a deo. Prio si gloriatur i corde suo de bonis suis ꝑuerse ꝑpter ꝙ aplus dicit. ubi supra

enti diligentia: ꝛ tunc nō tenet̄
hō ꝺ eo cōteri i ꝑticulari. qr im
potentia excusat eum a debito
ꝛ sufficit generalꝭ cōtritio de oī
eo i quo deū offēdit. ¶ Et dic̄ bo
nauen. ꝙ penitens n̄ d3 de obli
tis conteri in generali sub cōdi
tōe. ut si deum i aliquo pctō of
fendit. s3 d3 de eis cōteri sub ꝓ
babili estimatōe. d3 eni3 proba
biliter ꝛ uerisimiliter estimare.
ꝙ in multis offendit deum. ꝛ sic
ex hac estimatione doleat ac si
certus esset. ¶ Tūc ē uere contri
tꝰ de eis. ꝛ dimittūť sibi illa obli
ta. sicut cognita que detestatur
in ꝑticulari. ¶ De ignoratis vo f
pctīs qūo sit conterendū. ubi u3
q̇s peccauit. sed nescit ea fuisse
peccata. notandū prio ſm tho.
in. iiii. di . xxi. quod ignorantia
eius quod quis scire tenetur nō
excusat eum. quia ipsamet igno
rantia est peccatum ¶ Unde

cū aliq̄s nō confitetur pct̄a ppt̄ hoc qr nescit ea esse pct̄a ⁊ suo mō uidetur .si ñ cōteritur ð aliq̄ b⁹ pct̄is propt̄ hoc qr nescit ea esse pct̄a ⁊ potissime pp ignorā tiam iuris diuini tunc non excu satur .alias heretici excusarent̄ qui aliqua pct̄a i quib⁹ sunt ne sciunt esse pct̄a .Et etiam excu sarentur simplices qui ex negli gentia aut ex desidia ignorant. Et qr ignorata ex negligentia sciuntur p diligentiam.iō tenet̄ homo facere φ in se est ut pct̄a sua cognoscat.q̄tenus de eis cō teratur.cōfiteat ⁊ satisfaciat . ⁊ si q̄ris p qualē diligētiam sit r̄ pellenda ignorātia:R̷.criso .su per math.omelia.xxix.Si uel les scripturarum ingredi uerita tem nunc peteres orationibus . nunc quereres in scripturis.nūc pulsares bois operibus. nunc i terrogares sacerdotes.nūc istos
g nunc illos.¶ Ex q̄bus ꝑm bona uen.sup.iiij⁹ ⁊ vilħ.parisieñ. de fide ⁊ legibus elicitur φ quat tuor sunt iuuantia contra igno rantiam ¶ Primo tenetur quis discere salutaria sibi.. Et hoc p uerbi dei attentam audientiam p librorum sacre scriptur̄ diligē tem lectionem ⁊ per cordialem meditationem .Debet enim q̄li bet ꝑm status sui exigentiaz ta libus intendere.nō soluz i q̄dra gesima s3 etiam i omni die festi uo cū ad hoc sit institutus .Si enim p alios dies tpralibus itē dis.cur nō i die festo legi dei in tenderes:O si qui p̄fata fecissēt q̄nta iā ignorata didicissēt.Se cūdo exigitur ut q̄s freq̄nter cō uersetur cū bois hoībus.¶ De re bus loq̄tur salutaribus . ⁊ q̄rat de eis q̄ ad dei ptinent honorez ⁊ suā salutē.¶ Tertio caueat a b
peccatis grauibus. q̄ iaz cogno scit:⁊ si incidit stati cōteratur. Alias ꝑm greg.peccatum quð p penitentiā nō deletur : mox suo pondere ad aliud trahit pecca tū.⁊ lumen rōis cecat.¶ Ut pro bat mgr̄ in.ij.di.xxxvij.Cñ ro. .i.(( Enumeratis q̄busdā pc̄is ⁊ negligentijs dic̄.Propterea tra didit illos ðus.s.pħos in passio nes ignominie qui deum cogno scentes non sicut deuz glorifica uerūt)) Quartū ē ut quis crebro deuotis orōnibus deum ⁊ sc̄tos inuocet q̄tenus eū de necessari is potissime dignetur illuminar̄ qr((ois sapientia a dño deo est)) Sic sc̄tus tho.fuit illuminatus a deo.et etiam ab ap̄lis de quo dā dubio instruct⁹.ℏ eni facien do plurima q̄s disceret.De ℏ eti am reperies infra precepto.ix.c iii.k.l.¶ Ad ppositum igitur q̄ñ quis incipit secundum bonauē. super. iiii . cognoscere peccata que prius ignorabat tunc tene tur de eis in particulari cōteri.

ꝛ cum hoc ↄteri ꝺ ignorantia sua q̃ sibi ex sua culpa euenit. Et ꝺ bꝫ etiaꝫ istam ignorãtiã emẽda re ꝑ posse. alias nõ uidetur ẽẽ uerus penitẽs qñ est de nc̃c̃arijs ad salutem q̃mdiu aũt ignorat aliqua pc̃a: debꝫ ꝺ eis ↄteri i ge nerali ut qñ hõ dolꝫ i cõi ꝺ oĩni dei offẽsa per ip̃m ↄmissa. dole at etiam i gñali de omnibꝰ pec catis oblitis. Et postquaꝫ hõ cõ tritus est i particulari de oibus sibi cognitis. ꝛ etiam de oibꝰ ob litis in generali. tunc debꝫ hõ e stimare uerisimiliter se etiaꝫ in multis offẽdisse deum que igno rat ꝛ non noscit esse peccata.

Et de talibus debet conteri in generali. ꝛ cum hoc de sua cul pabili ignorantia seu crassa. ꝛ ꝑ talibus humiliter ueniã ꝑcetur Hoc docet lex dei in. ps. ⸿deli ta quis intelligit⸾ glo. q. d. Nul lus oĩa. Jõ addit ab occl'tis. ꝛc̃. ⸿ꝛ ab alienis parce seruo tuo⸾ Et alibi ⸿delicta iuuẽtutis mee ꝛ ignorãtias meas ne memieris dñe⸾ Sꝫ q̃reres q̃ntus dolõ seu q̃nta displicentia exigitur ad ↄ tritõem: R℞. ẜm Tho. Duplex ẽ dolor contritõis. vnus in uolun tate ꝛ est ip̃a contritio met: seu displicentia peccati. Et dꝫ esse maior de peccatis. q̃z q̃cunq̃ꝫ de liberatus dolor. aut quecũq̃ꝫ vo litio eiusdem uoluntatis. ꝺ qua cunq̃ꝫ temporali re. Quia plus

uoluntas debꝫ detestari pecatũ quia ↄtra deum. quam nolit qꝫ cũq̃ꝫ damnum i alijs rebꝰ maxi me quando homo de utroq̃ꝫ de liberat ꝛ ea ad inuicem cõpat. Deus enim debet super omnia placere cum oĩa alia finalit̃ sint i ip̃ꝫ ordinãda. ꝛ iõo peccatũ qꝫ ab eo auertit. ꝛ eum offendit ꝺ bet sup̱ oĩa uoluntati displicer̃. Jdeo Jere. vj. ⸿Luctuꝫ unige niti fac tibi⸾ ubi glosa dicit. Do cet peñtẽtem quid facere ꝺbeat nam peccator ñ habet nisi unã animã ꝛc̃. Et alia glo. Nihil do lẽtius morte unigeniti. Et ita ẜm ratõm ꝛ uolũtateꝫ nihil de bet esse detestabiliꝰ ꝛ magis no litum q̃z peccatuꝫ. Et addit tho mas ꝛ dicit quod etiam i casu i quo oportet hominem peccare mortaliter aut mori. aut aliam quancunq̃ꝫ penam tolerare. ten̄ retur homo in tali casu omnem penã preeligere. ꝛ potius sustie re. quã peccare mortaliter: aut quã velle peccasse. ꝛ habere uo luntariã ꝛ deliberatã cõplacen tiaꝫ in mortali peccato p̃terito. Tamen quando non imminet talis casus necessitatis. tunc nul lus est de hoc temptandus. eo quod homo non scit de facili af fectus suos regere: aut mensu rare. Bonauentura etiam dicit quod magnum est periculum ꝛ stultitia ab aliquo ifirmo id est

in uirtutibus impfecto. uel etiã a seipso hoc q̃rere. sc3. an uellet mori. aut q̃cumq3 penam susti nere. uel mortaliter peccare. qr h̃ est se uel alium temptare. Et a nullo penitẽte d3 cõfessor h̃ q̃ rere. s3 si sponte quis illud dicit signu3 est magne penitentie. ali us est dolor sensibilis in pte sc3 sensibili. ⁊ talis non est necessa rius ad cõtritõem p mortalib⁹ Primo qr non est semper i pta te nr̃a. Secundo qr sicut pecca tũ p actum uoluntatis sufficien ter nascitur. ita p actum uolun tatis. u3 p detestatõem pc̃ti uo luntariam. que est essentialiter cõtritõ sufficiẽt tollit sine dolo re sensibili pc̃tm. Laudabil' tñ ẽẽt si hẽret moderate. ¶ Quar tum requisitum ad cõ ritõem ẽ ut hõ cesset a mortalibus. ⁊ ut etiam habeat propositũ sibi ca uendi p futuro. non solũ õ pc̃tis cõmissis de q̃bus nũc dolet. sed etiam de oĩbus mortalib⁹ ⁊ oc casionibus ppĩnq̃s. rõne quorũ uerisimilit esset postea iter2 ca surus in mortale. P3 illud p dif finitõem penitentie gre. q̃ ẽ pec cata pterita plangere ⁊ plangẽ da iterũ nõ cõmittere. id ẽ hẽre ppositum non ea ampli⁹ admit tendi. ad idẽ ẽ mgr̃ in. iiii. di. xv ⁊. xiiii. Ratio ppositi ist us est qr si hõ nõ hẽret tale propositũ nullum mortale sc3 cõmittendi tunc haberet uoluntatem alicu ius uel cõplacentiam mortalis pc̃ti. Dicit etiã aug. li. õ uera ⁊ falsa penitẽtia. Scio deũ inimi cũ oĩ criminoso. Q̃uo g̃ q̃ unum crimẽ reseruat de alio r̃cipit ue niam. nã luc. xiii. ⁊ ioh. vii ((To tum hoiem sanum fecit. i sabba to)) Et nullum demonẽ i eo reli q̃t q̃ legione3 habuit. Luc. viii. Ex quo patet q̃ nõ conterit qui odiũ graue 5 pximum retinet. Itẽ q̃ occasiones certas pc̃torũ uitare nõ pponũt ut cõcubinas usuras. ⁊ h⁹mõi. Item q̃ nolũt reuocar̃ seductos malis cõsilijs ⁊ morib⁹ p eos. aut d ffamatos iniuste. Quintum req̃situm est. propositum confitendi pro loco ⁊ tpre s3 ecclesie p̃ceptũ oĩa sua mortalia prius non confessa: ⁊ de quibus prius non est legiti me absolutus ⁊ etiã ppositũ sa tisfaciendi deo pro istis pc̃tis. ¶ Sextum req̃situm ẽ mot⁹ li beri arbitrij in deum. qui uidẽt ẽẽ maxime õi dilectõ super oĩa Ratõ est scõm tho. in. iij. par. q lxxxv. Quia talis dilectio dei ẽ causa detestatõis peccato2 fi nalit ppter deũ. ⁊ inq̃ztũ sũt õi offensiua ⁊ 5 honorem ipsi⁹ fc̃a ut patebit statim. De hoc etia3 hẽs i fra. c. xi. pñci precepto. b. Septimũ req̃situ ẽ una genera lis detestatio oĩ3 pc̃o2 mõtaliũ Ad uerã eni penitentia3 req̃rit

dicit Tho. ibidem q̄ hō ōserat peccatū: inq̄ntū est contra deū. Et post pauca subdit. Si enim displicet homini aliqđ peccatū: eo q̄ ē ɔ deū sup oia sibi dilectū q̄ reqrit ad rōem vere penitētie tunc etiam displicent sibi omia peccata mortalia. ¶ Ideo mgr̄ ī ·iiij. di. xxi. beatum Augu. alle gando dicit. Arbitrij libertatez q̄rit deus: nō necessitatē. carita tem. ꝛ ñ solū timorē. ꝛ subdit. ¶ Oportet nō solū timere iudicē. sed ꝛ diligere. ergo oꝫ q̄ homo deū sup oīa diligat. ꝛ q̄ actual' dei dilectio sit sibi cā. ꝛ euꝫ mo ueat ut detestetur peccatum fi naliter propter deum. s. inq̄ntuꝫ ē dei offensiuum. ꝛ ɔ eius bono
n rē. Ex quo pꝫ q̄ si hoc peccata sua detestetur solū: quia sūt op posita uirtuti morali. aut soluꝫ quia reddūt eū idignū ꝛ uitupa bilē. q̄l'r ēt phi cognouerunt de testāda esse peccata. aut si solū detestareī ea pp timorē pene. a missionis uite eterne. inq̄ntuꝫ il lud esset sibi icōmodū ibi sisten do sine ulteriori relatōne ī deū tunc hō solū q̄reret suū ɔmodū ꝛ fugeret suum icōmodū. ꝛ nul lo mō quereret deū ꝛ illi⁹ bono rem. ɔ illđ aplī. i. cori. x. ((Siue manducatis siue bibitis. ꝛc̄)) nec talis detestatō esset actus virtu tis. q̄a nō circūstantionata debi to fine. ꝛ p̄ ɔñs non iformareī ḡ tia. nec fieret contritio. Jō nul lum tolleret pc̄m. imo ipa esset uiciū ꝛ actuale pc̄m. quia circū stantionata in debito fine. Et p̄ ɔñs ēt non esset attritio uera q̄ de congruo meretur gratie isu sionē. ꝛ peccatoꝝ remissionem. sed esset actualiter offendens. ꝛ ita meretur penā. Exēplū p̄mo de anthiocho. de quo. ij. math. ix. qui de peccato q̄ cōmisit in dei fideles ñ ē a deo misericor diā ɔsecut⁹. Qui (ut dicit Tho) veniā fuisset asecutus si vere pe nituisset. ¶ Nō aūt vere penituit q̄r non ex amor̄ iustitie đ pecca tis ɔmissis dolebat. sed ex timo re pene quā expectabat. l' ex do lore pene quā sustinebat. Sic demones ꝛ dānati oēs penitētiā agūt magnā p̄ pc̄is. nō q̄r deū of fenderūt. sꝫ q̄r icōmodū eoꝝ ma ximū ē. Sꝫ licꝫ ista septē pūcta sint p̄babil'r ex doctorib⁹ sacre theologie dicta. tñ q̄ de talib⁹ p̄ sertim. ij. ꝛ. vij. conditionibus uult p̄dicare caueat ne ppl'ꝫ scā dalizet uel despar̄ faciat: sꝫ mo re prudentis medici. ꝛ sꝫ pasto rale beati greg. caute loquatur ita ut duros ꝛ dissolutos terreat ꝛ emolliat. pusillanimes autem desperare de uenia non faciat. ¶ Quantum igitur ad tertinm o principale quādo homo per illa semptem supradicta se prepara uit ꝛ deuenit ad illā unā ḡnālē

oīm suoꝝ moꝛtalium detestatō
nem bñ circūstantōnatā maxie
circūstantia debiti finis ſm dic
ta. Et qñ hꝰmōi detestatio est ſa
tis magna pꝛo tot ꝛ tantis pc̄tis
tunc mox infoꝛmatur caritate.
ꝛ fit cōtritio. ꝛ in eodem instan
ti deus multa bona cōfert peni
tenti. non ex ualoꝛ contritōis p̄
cise seu attritionis. ſꝫ ꝑpt̄ me
ritum passionis xp̄i. qꝛ īcipit iā
aliquo modo unirī se xp̄o ꝑpteꝛ
q̄ꝫ unionem passio ꝛ meritum
xp̄i sibi suffragat̄ ꝑ mōꝫ influxꝰ
ſm tho. in. iii. ꝑ. non inq̄ꝫ ex ua
lore contritionis p̄cise. quia bre
uis ꝛ ꝑua est. ꝛ non sufficiens ſa
tisfactio pꝛo pc̄to mortali ꝙ est
aliquo modo īfinite malicie. eo
ꝙ ꝑ ipsum infinitum bonum cō
tēnitur. ſꝫ dimittit pc̄ta. ꝛ alia
bona confert pꝛopter meritum
xp̄i qui sua passione nobis meꝛu
it. ꝙ qñ hō in fide xp̄i ꝛ pꝛopter
deum detestat̄ pc̄ta sua ſm mo
dū p̄missum tunc deus dimittit
ea ꝑpter h̄ ꝙ dei filiꝰ sibi dilec
tissimus pꝛo pc̄tis istis sicut ꝑ oī
bus aliis mortuus est. ꝛ deo pr̄i
hostiam se obtulit: plus ſꝫ anſ.
Cur deus hō deo placentem. q̄ꝫ
pc̄tm sit malū ꝛ nociuū. ¶ Sunt
aūt effectus cōtritōis seu bone
attritōis etiā anteq̄ꝫ q̇s cōfiteat̄
actu. Prio qꝛ secūdū xp̄i exem
plum luc. xv. Omīa pc̄ta morta
lia penitenti instanti dimittun
tur. ꝛ pr̄ celestis ei tanquā filio
ꝓdigo reuertenti mīa motus oc
currit ei eternam penā in tꝑalē
ɔmutando. Scđo amicꝰ dei effi
citur. ita ꝙ iniquitatū eius am
plius non recordet̄ ad irā. ſcđm
eze. xviii. qđ significat osculum
pr̄is. Tertō qꝛ gr̄a caritas ꝛ ce
t̄e uirtutes in baptismo īfusse ꝛ
ꝑ pc̄m perdite aīe īfundūt̄. ꝛ h̄
ē stola p̄ma. ¶ Quato quia her̄s
eterne patrie efficitur que here
ditas per fidei anulū in baptis
mo datur ei. ꝛ nunc fides cari
tate formata certa ē de et̄na fe
licitate. Quito q̇a oīa oꝑa uiua
oliꝫ ꝛ mortificata peꝛ peccata r̄
uiuiscūt. ut uelut calciam̄ta pe
des affectuū ammō muniant.
Prefatas. v. ɔditōes uere cōtri
tionis breuius ꝑstringens cācel
la. parisieñ. ¶ Ioh̄. de gersona in
terpreti suo. inter cetera sic dic̄
Sciens misericordissimus pat̄
deus ꝛ cog̊scēs nostraꝫ fragilita
tem ꝑmaximam ꝛ ad malū ꝓnī
tatem multiplicibꝰ uiis mōtali
uita durante patissimus ē nobis
delicta remittere. ꝛ ḡtiā confer
re. si dūtaxat ueracit̄ ꝛ ex cōde
tres sibi subscriptas ueritates
poꝛꝛigamus. Pria ueritas. Dñe
sic uel. sic ɔ̄ tuā bonitatem pec
caui ꝙ mihi displicet ratōne cu
ius penitentiam ago qꝛ te offē
di. q̇ totus est ueneꝛandus ꝛ co
lendus. Quōq̄ꝫ mādatum tuum

nota

transgressus sum. Secunda ue ritas. dñe bonum habeo propo situm. ꝛ desideriū tuo iuuamīe mediāte mihi in futurū pcauē di ne incidā i peccatuȝ. ꝛ occa siones. iuxta possibilitatē uiriū euitādi. Tertia ueritas. dñe bo nam habeo uoluntatē. pctoruȝ meorum cōfessionem integrali ter faciendi. pro loco ꝛ tpre fm tuum ꝛ scte mris ecclesie man datum ꝛ pceptum. Has vitates si aliq̄s q̄licūqȝ loco ꝛ tpre since riter non ficte aut mēdaciter ex corde pronūciauerit. secur⁹ exi stat se in salutis ꝛ grē statu cōsi stere. ꝛ uitam eternā mereri. q̄ȝ uis oīa crimina cōmisisset. Si etiā talis absqȝ alia cōfessiōe oti nuo decederet in absentia sacer dotis dormiēdo. aut alio quouis mō morte subita preuentus idē finaliter saluaretur acerbissima q pena purgatorij mediante. Ex quo notandum. salubre consili um elicitur. ut xpian⁹ q̄libet sin gulis dieb⁹ bis aut semel sero ł de mane aut saltez festis dieb⁹ redeat ad cor suum cōscientiaȝ examināns. an tres premissas ue ritates proferre ualeat cum cor dis sinceritate. Et si sic tunc in statum salutis se esse confidat. Qð si eas pura mente fateri nō ualet obstante uoluntate peccā di q̄ actualiter delectat. aut ini quo pposito quo q̄s occasiones pctor uitare renuit. quēadmo dum illi q̄ pctīs carnalibus mer si resurgere nolūt. aut usuras su as. aut iniustas mercatōes. ꝛ lu cra cōtinuant uł iniuste retinēt alienum quicqȝ alterius odio uł uindicte desiderio flagrantes. ī nocendi proposito pseuerāt: cer tissime sciant hi. ꝛ consimiles ñ epm aut papam eos absoluere posse. q̄ȝ talibus salutare cōsi liuȝ detur. ut p seipsos uel alios bona q̄ poterit operentur. orādo uel elemosinas dando. q de⁹ eo rum corda illuminet ꝛ ad bonū dirigat ꝛ cōuertat. Hec cācell.

Sed qūo contritio ē habēda r de uenialib⁹: R. tho in. iiij. di. xvii. q ad deletōȝ uenialiuȝ non exigitur actualis contritio de oīb⁹. nec sufficit habitualis contritio p deletōe omniuȝ sem per. sed sufficit media contritio. scȝ quorundam displicentia in spāli nisi q̄s in deū seruide ferre tur ubi p tunc sibi implicite oīa sua displicerent uenialia. Tam oportet semper q anim⁹ nec im plicite nec explicite illi ueniali hereat. q sibi uult dimitti. ali as uoluntas curua esset. Hec ī tellige quo ad reatū pctī. Sȝ ō pena pl⁹ ꝛ minus dimittitur. fm q pl⁹ dolet uel aptius deuotum remedium suscipit. ut aqȝ bñdi ctam disciplinam. ꝛ alia huius modi.

Capitulū. Nonum.

CONfessio ē scḋa ps pñie de q̄ tria sunt uidēda. Prio q̄ eius fruct⁹ seu effectus. Scḋo quō q̄libet & q̄li ter sit cōfitēdū. Tertio de cōfes sionis general' effectib⁹ & pprie
a tatib⁹. Quātū ad.i.notādum ꝓm tho. & sco. & bonauē.iiii.di. xvii.ꝙ nouē sūt effect⁹ cōfessio nis & sacramētalis absolutōnis Prim⁹ ē magnū meritū cōfitē tis & fuga trāsgressionis isti⁹ p̄ cepti ḋ quo in h̄ p̄cepto christ⁹ ait Joh.xx. Quorū remiseritis pcc̄a remittūt̄ eis. Obedit etiā q̄s h̄ p̄cepto ecc̄ie. quorū prece ptorū transgressio ē graue pc̄ꝫ.
b Secundo ualet ad augmētū gratie q̄s prius eā habuit. Ter tio ualet ad gratie noue infusio nem si ea prius caruit.facitq̄ ḋ attrito contritum. Si enim do lor attritōis penitentie non fuis set sufficiens dispositio ad cōtri tionem.tunc confessio & absolu tio ei sup adiuncte. supplerent eius defectū.dūmō penitens ip se tunc nō ponat obijcem gr̄e p cōmissōnē actualis peccati mō talis. Quarto confessio & abso lutio infinite longam penam i ferni & acerbā ualde mutant i tēpalem penam ɔ purgatorij. & hoc faciunt confessio & absolu tio bite i ppositio etiaꝫ antequā homo ɔfitetur: scꝫ qñ cōteritur uere.q2 sic añ ɔfessionem mori ens finaliter saluaretur. Et q̄a prefata pena q̄mq̄ꝫ sit finita tñ iproportionata est uiribus peni tentis i hoc mūdo uiuētis per ui clauium in ɔfessione & absoluti one. Jntātuꝫ illa pena p ɔfessio nem & absolutōm minuitur ꝙ r̄ manet proportionata uirib⁹ pe nitentis ita ꝙ satisfaciēdo pōt se ab ea i hac uita totaliter q̄s liberare. Jdcirco q̄nto cōfessio & absolutio sacramentalis ipro portionatā hoīs viribus penā ɔ trito debitā reddit.h̄ pportiona tam hoī & p ɔñs penaꝫ finitā mi nuit āpli⁹. Sexto ɔfessio & abso lutio ēt penā p peccatis debitā pp uerecundiam plus minuunt quā prius fuerit iminuta. Et iō quanto plus q̄s cōfitet̄.tāto sibi plus pena minuitur. & totiens cōfiteri posset ꝙ omis pena sibi dimitteret̄ p prefata. Septimo ɔfessio ualꝫ ad pc̄i cognitōnem qñ fit discreto ɔfessori. Octauo ualet ad ɔscie affecuratōnē.uñ cū dauid corā propħa ɔfitebat̄ pc̄m suum statiꝫ audiuit ab eo Trāstulit domin⁹ peccatuꝫ tu uꝫ.ij.re. Unde.ii.cori.i. Glo ria nostra hec est testimoniū cō scientie nostre. Nono ꝓm tho. spēalem ornatum ip̄mit faciei anime deo honorificum pximo exemplareꝫ & demoni terribileꝫ

e ¶Quantū ad .ii. princípale de quinq; circūstātiis satis neccari um est dicere. uidelicet: Quis. Ubi. Qñ. Qō. ⁊. Quo xpian⁹ te neatur confiteri. primo. qs cōfi teri teneatur: Rx. s3 pnomiatos doctores. ꝙ adultus qui habet usū rationis. ⁊ q̄ post baptismuz susceptum peccauit mortalitez p adultum aūt intelligit Sco. non aliquē tante: aut tante eta tis: s3 hoiem q̄ h3 etatē suffiCiē tem ad cognoscēdū q̄d iustuz ⁊ quid iniustum ꝯ legem dei: ⁊ q̄ prius instructus ⁊ interrogatus ordinate percipit quid iustum ⁊ quid iniustum in lege dei. Quod in uno citius fit quam in alio. Jn ñnullis ēt malitia sup plet etatē: ita ⁊ pōt fieri i bonis
d ¶Sed sunt q̄ttuor dubia hic. Primū q̄d de muto. Jtē q̄d de ignorante idioma certū: Rx. cōi ter s3 doctores. ꝙ tales p signa ⁊ nutus confiteri possunt nota tam confitenti q̄ꝫ confessori. Si autem non habent signa utriq; nota. tunc fiat interptē. etiā se cularem. qui tacere tenetur sic cōfessor principalis. ¶Scoto tñ uidetur non esse necessariū ꝯfi teri per interpretem. sed talis q̄ non habet sacerdotem idioma scientem habet impossibilitatē confitendi homini idoneo. ppē ꝙ ut dicit scotus suffCit sibi cō fiteri deo cu3 pposito ista pc̄ca

cōfitendi etiam sacerdoti opor tūitate oblata. ¶Tertiū dubiū e Nunquid non habenti sacerdo tē pñtē: licet mittere ⁊ confiteri pc̄ca p scripturam. Scoto ⁊ san cto Tho. in q̄libetis videtur q̄ꝺ sit ꝯ rōem cōfessiōis sacramēta lis scriptura missa sacerdoti ab senti. tum quia scriptura talis ꝺ sua natura semp ē patula cuicū q; legenti. tum quia absenti tol lerei uerecundia. que est etiam pars maxima satisfactiōis. tum ēt pp pericula que sequi possent in reuellādo peccata ¶Hoc xps docuit sumere sacr̄m. ⁊ uidetur s̄m Aug. ⁊ mgr̄m di. xvij. Quā do luc. xvij. precepit leprosis ut se pñtarent sacerdoti ¶Quarto quid de illo qui nullū mortale. sed solū ueniale peccatu3 habe ret: Rx. s̄m multos ꝙ ñ teneī cō fiteri rōe diuini p̄cepti. ꝙ cōtra mortale solum latū ē: sed ratōe precepti ecclesie. Omnis utriu sq; sexus tenetur secundu3 quos da3. Secundo quid tenetur ali quis confiteri: Rn. ꝙ mortalia pc̄a cū q̄nq; ꝯdiōibus. v3 omia mortalia circūstantias ad mor tale trahentes. dubia quedam quotas mortaliū. ⁊ s̄m quosda3 q̄ntitatē q̄ndā. ¶Mortalia tene mur cōfiteri. q̄ quis pus ñ ē rite confessus. ⁊ de q̄bus pōt habeī mēoriā. vt dic̄ Sco. pmissa inq̄si tōe diligēti secūdū possibilitatē

fragilitatis humane. Ratio est qr p q̄libet pctm mortale effici tur quis dei inimicus. ⁊ sepat ab unitate quadā eccl'ie. ꝯfessō aūt directe istituta ē ut q̄s ostē dat deo ⁊ eccl'ie reconciliatus. Itē per omne mortale naufragatur hō ⁊ p tabulam secūdam penitentie post baptismū3 solū salus acq̄ritur. sed etiam dictū ē mortalia illa cōfiteri quorum pt̄ habere memoriā ut tactū ē. Et dicit sco. ꝙ hō debet tātā diligentiam apponere in scrutando cōsciam suā ⁊ iq̄rendo mortalia a se commissa. q̄tam diligētiā apponeret prudēs uir circa aliq̄ multū arduū ꝙ ualde esset sibi cordi. S3 cōstat ꝙ homines pro temporalibus arduis q̄rūt diligentissime uias amicos ⁊ media prudētissime. Uñ aug. ⁊ allegat a magi. di. xvi. dicit. Sit patus facere ꝓ recuperanda uita aie q̄ faceret ꝓ euitāda corporis morte. Et subdit Cū gaudio eni3 facere d3 imortalis futurus que faceret ꝓ differenda morte moriturus. Diuturna igitur deliberatio locum maxime h3 in diu nō confitentibus ⁊ cōterentibus raro ⁊ grosse uiuentibus.
g Oportet etia3 oīa memorarā ⁊ singula uni ⁊ eidē cōfessori confiteri. Rō. qr ꝯfessio sit sacerdoti loco dei Sed in cōtritōne oia ⁊ singula deo debent oñdi. ergo ⁊ in confessione. ⁊ in casu quo cōfessor primus propter casus reseruatos non possit absoluere ab oībus. Tñ confitens tenetur prio confessori cōfiteri oia ⁊ singula ⁊ de illis a q̄bus nō pt̄ absoluer̄ cōfessor d3 eum ad superiorem remittere. Dicitur notanter oia mortalia. qr siue sint consensus siue ꝓposita. siue v̄ba siue facta siue omissa mortaliter oia sunt confitenda. addit̄ uni ex pte cōfitentis qui erubescere deb3 coram christi uicario que facere ñ erubuit coram omnipotenti deo: ex parte etiam confessoris ut sciat de singulis iudicar̄. Et sic hēm⁹ ꝙ oportet cōfiteri mōtalia omnia q̄ in memoria hēri pñt ⁊ uni sacerdoti.
Oportet b etiam tertio confiteri mortalia cū circunstātijs aggrauātib⁹ ⁊ i aliud gen⁹ pcti mortal' trahētib⁹. Sic sunt ille q̄ spāli ꝓhibitōne p̄ceptoria ꝓhibent̄. vbi gr̄a accipere alienu3 ꝓhibetur ibi. non furtum facies. S3 si q̄s de loco sacro accepit uel rē sacrā alia prohibitione ꝓhibetur. iō oportet ambo confiteri uidelicet de furto ⁊ de sacro loco. Similiter si fornicatus es: cum adultera uel cum moniali ul' ꝯsanguinea. Hec circunstātie in aliā spē3 pcti mortal' trahūt ergo sunt confitende. Sic forte

ē de hoc ꝙ quis mortaliter pec
cat die festo. qꝛ per mortale pec
catū plus violatur festuȝ quā ꝑ
opus mechanicū. De h̄ hēs. c. i.
.h. huius ꝑcepti. ¶ Precedentia
ei mortalia equalent duobꝰ mō
talibus. Oportet ēt. iij. quotas
ꝑdicatoꝛ mortaliū dicere q̄ me
moratuꝛ q̄ȝ quia quotiēs ē circū
stantia. Uñ oȝ dicere. ꝑma vice
feci cū talibus circūstātijs. ꝛ fa
uice taliter aut taliter. Oportet
ēt fm̄ aliquos dicere quantū vl'
circunstantias quasdā q̄ licet ñ
mutent spēm. addunt tñ notabi
lē q̄litatē malitie ꝛ deformitatē
ut in furto multū addit ad paꝝ.
Uñ qñ quis tales circunstātias
noscit ex se vel ex ꝯfessoris inq̄
sitione. ēt sunt confitende scd̄m
multos. Tho. tñ dicit ꝙ nō opō
tet. Scotus dicit ꝙ nō ē certuȝ
eas cōfitēdas esse. sȝ tutū ē fieri
k ꝛ utile. Oportet ei ꝙ q̄s cōfitea
tur peccata q̄ dubitat ā sint ue
nialia vel mortalia. Quia fȝ bo
nauen. qñ hō aliquod ueniale
suū credit esse mōtale: aut dubi
tat ꝓbabilr̄ an sit mortale aut
ueiale. ꝛ sic dubitat an confite
ri teneatur an non: si illud non
confitetur: tunc expōeret se dis
crimini. ꝛ in his que sunt salutē
dimitteret partem securioreȝ q̄ꝫ
faciliter cōsequi posset. Et tho.
di. xxij. ꝙ qñ q̄s dubitat de ali
quo peccato an sit mōtale tene
tur illud confiteri dubitatione
manente. quia quicquid cōmit
tit aut omittit. i quo dubitat ēē
peccatū mortale. peccat grauitē
discrimini se committens. Debȝ
ergo ꝯfiteri rē ꝓut habet in cor
de non dicendo se peccasse mor
taliter: sed iudicium confessori
de hoc relinquendo. ¶ Tertio l
aduertendum ubi uel cui quis
confiteri teneatuꝛ. Rn̄. secundū
tho. in. iiij. di. xvij. ꝙ non omni.
sed sacerdoti habenti iurisditio
nē i cōfitētē. Et sunt ꝑlati q̄tuo
or. Papa habet iurisdictionē i
oēs. Epi i dyocesanos. Plebanꝰ
in prochianos suos. Et ꝑlatus
collegij vel monasterij uel ordi
nis in sibi subiectos. Et quilibȝ
prefatorum pōt potestatem suā
alteri cōmittere. qui etiam secū
dum cōmissionem pōt absoluer̄.
Sed q̄uo tenētur ad celatōem m
confessionis hoīes: ꝛ ēt ad alia
celāda. R. fm̄ doc. cōiter in. iiij
di. xxi. ꝙ. vij. sunt sigilla hoīem
ad tacenduȝ artantia. nisi de re
aliūde sciat. Prio ligatē ad tacē
dū cōfessor de pcc̄is ꝛ circūstāti
is ꝛ ꝑsonis in cōfessiōe ꝑceptis.
Scd̄o: ñ cōfessor q̄ audit confi
tētē a cāu vel a ꝓposito l' iterpre
tādo signa muti vl' v̄ba ide oma
ignorātis. Tertio q̄cunqꝫ audit
ab aliquo ꝑcedentium reuella
tioneȝ confessionis adhuc tene
tur tacere. Quāto confitēs qui

r̄uelatōem iniunctōis penitētie
probabiliter crederet confesso
rē ledi tenetur celare .alioquin
uerenda p̄ris sui non coopiens
sz discoopiens cum cham male
dicit̄. Quinto qñ un⁹ ab alio pe
tit cōsilium recōmendans ut h̄
celet. aut hoc accipit ad celādū
tenet̄ celare .nisi aliūde deobli
garetur. ut patet infra .p̄cepto .
viij. c. iij. d. xiij. c . Sexto q̇ pce
pit ab alio v̇ba q̄ ex natura fac
ti talis sunt materie q̄ reuella
tio noceret. tenetur tacer̄ .min⁹
tñ q̄z si se ad h̄ obligasset. Septi
mo seruus auscultans a proposi
to. uel a casu secretuz q̄ tracta
tur in curia dñi sui tenet̄ celare
ꝛ si frangit. ius ciuile grauiter
eum punit ꝛ ius diuinuz. Octa
uus mod⁹ uocat̄ sigillū secreti.
ꝛ ut dicit pe. de pal'. ubi prius.
q̄ oēs talia sigilla frāgentes de
q̇bus dictū ē. peccant grauit̄. ni
si aliunde sciant. vl' ordo correc
tionis fraterne uel demunciatōis
uel p̄sumptio boni uiri cui dicit̄
reuellationē quorūdā ō p̄fatis a
n liter fiendum exposcant. An āt
possit fieri laico confessio: R̷. q̄
in nullo casu necesse ē laico cō
fiteri. q2 cū claues nō hēat. non
pōt absoluere. Sz qñ q̇s ñ hz sa
cerdotē sufficit p̄positū confiten
di. Uerūtamen. ut dicit magis
di. xvij. ꝛ alij doctōes plures pe
nitens. talis in articulo mortis

non hñs sacerdotem non tenet̄
sz potest cōfiteri seculari ut ue
recundia sibi cedat ī satisfactio
nem. ꝛ alter sibi cōciliari possit
ꝛ ut oñdat suū posse facere. De
bet etiam cōfitens diligenter ca
uere ne alterius famaz: sicut al'
ēt tenetur in confessione ledat
manifestando alterius persone
occl'tū peccatū graue: ꝛ īfamās
q̄z p̄sonam confessor actu noscit
aut nosceret uerisimiliter p̄ fu
turo. ¶ Nec confessori suscitanti
debet eam patefacere. nisi prius
circa istam personam seruasset
super hoc formam correctionis
fraterne. Aut essēt forte alique
cause. propter quas etiaz extra
confessionem posset. aut ōberet
illi sacerdoti illas res denuntia
re. aut alias deferre. alias dicēs
uel iubens dicere peccat detra
hendo. Et si cui in aduertentia
factū ē: aut ex ignorātia dz illō
confiteri . quia in sacramēto pe
nitentie multū ē pc̄m vitanduz
Uñ peccat qui in cōfessione di
cit. Uicini mei ista cōiter faciūt
uel cōe est hoc peccatum in ci
uitate: uel in patria mea. ul' nos
omnes sumus tales . Sed dice
res quid ergo faciendum est mi
hi in pc̄o circūstantionato tal'r
q̄ non possū eius sp̄em exp̄mer̄
nisi alium notem. ut si filia cuz
patre peccauit: R̷n. quod debz
q̄rere aliuz confessorem hñtem



21

auctoritatē quem si non cōpetē ter repit ·petat licētiā alteri sacerdoti cōfiteri. Et semp̱ talem q̄rat q̄ nec noscat aliū. nec ueri similiter noscitur⁹ sit. ꝛ si nullū re p̱iret q̄n nosceret aliā p̄sonā . dicit bona. ꝛ durā: si etiā iminet casus necessitatis. ut quia se putat statim moriturū. ꝙ famā p̱ximi q̄ꝫtum pt̄ dꝫ custodire. sed magis dꝫ suam cōsciam purgare. Tho. in. iiij. di. xvii. q̄stione de cōfessōe. articulo tertio dicit In casib⁹ illis q̄n cōfitēs scit sacerdotē suū hereticū. aut sollicitatorē ad malum . aut fragilem qui ad pc̄m ꝙ q̄s ei cōfitet̄ sit pronus. uel. si reuellator esse cōfessiōis p̱babiliter estimet̄. uł si pc̄m ꝯ ipsuꝫ cōmissū sit de quo q̄s cōfiteri dꝫ. ꝛ in casibus i q̄b⁹ p̱babiliter penitens p̱iculū sibi uel sacerdoti ex cōfessione ei facta timet. debet recurrer̄ ad superiorē uel ab eodē petere licētiam alteri cōfitendi. Et si licētiā h̄re nō possit. idem est iudicium . ꝙ de illo q̄ non habet copiam sacerdotis. Unde magis debet eligere laico cōfiteri. nec in h̄ trāsgredit̄ aliq̄s preceptum ecclesie. quia precepta iuris positiui nō se extendūt ultra intentionem precipientis. que est finis. precepti. Hec autē est caritas s̄m apostolum. Unde. Bernar. dicit. Illud quod est institutuꝫ pro caritate. non debet militar̄ contra caritatem . Sed confessio pro caritate instituta est que contra caritatem militaret . si homo ad confitenduꝫ uni sacerdoti artaretur in casibus recitatis. Nec fit aliqua iniuria sacerdoti . si in precedentibus casibus ab eo diuertitur . quia priuilegium meretur amittere qui concessa sibi abutit̄ p̄tāte. Hec . d. tho. It̄ caueat ꝯfitens s̄m p̄fata quātum p̄t ne cofiteatur reuellatori ꝯfessionis. uel ei qui pronus sit ad odium audita confessionis materia uel ad luxuriā. Et sic d̄ alijs. sꝫ n̄ necessaria ibi abscidat ł aliū ꝯfessoreꝫ secūduꝫ predicta querat. Nam q̄n circūstātie incitantes ad libidinem peccatum aggrauantes q̄ nō tamen ad aliud genus pc̄i mortalis trahunt: tales quādo q̄ꝫ debēt ꝛ p̄nt laudabiliter reticeri adhibita debita discretōne scd̄m ꝯsiderationem turpitudis circūstantiarū. ꝛ pronitatis ad malū ex eius confessione siue i cōfitente siue in cōfessore. Hoi etiā ut dicit bona. uolēti meditari ꝯfitenda d̄ luxuria ꝯpetit prius domare carnē per ieiunia. ꝛ hui⁹mōi ꝯsid̄rar̄ uilitatē pc̄oꝝ. ifer̄ni penas. ꝛ hui⁹modi. ꝛ sic d̄ testari ne caro icalescat. Quod si nō iuuat oportꝫ utiq̄ꝫ nec̄aria ibi fieri. ꝛ sacramentū ibi iuuar̄

pē nē noceat ſ3 illud marci .ul timo.(( ꝛ ſi mortiferum qd bibe rint non)) ꝛc̄. (Quart⁹ modus ī confitente debet ſeruari v3 ut ſi vult abſolui oportet de nccita te ꝛ ſub pena noui pcti ꝙ ſit in caritate.uel attritus. Uñ ꝛ ſco. dicit.ꝙ homo tenet ↄfiteri cu3 diſplicentia pcti cōmiſſi ꝛ cum propoſito abſtinēdi a pctis.ꝛ ēt cum ꝓpoſito obediendi ī ſuādo iſtam ſatiſfactionē ꝛ penitētiā ꝙ̄ ab ipſo ſacerdote ſibi īpoſitā uoluntarie aſſumpſit ſine in ſe ſuſcipiet. Et bonauen. dicit.ꝙ ſi accedit ad ↄfeſſionē ꝛ abſolu tōem ſine premiſſa diſpoſitione ꝓbab li. immo accedit cū ↄ̄ria diſpoſitōe.ut qr ſibi placet aliq̄ mortale pctm tunc peccat mor taliter.qr illud ſacramtū ꝙ̄tum in ſe eſt irritum facit.qd ñ ē ſine cōtemptu. (Periculū ē ē nolēti bus reſtituere.inuidiam tenen tibus.ꝛ carnale3 amorem tenē tibus luxurioſum. Iſte tamē ꝙ̄ fictus eſt id ē qui non habet ꝓ poſitum cauēdi mortalia.ſ3 ꝓ ponit ↄmittere.uel ñ diſplicent preterita mortalia audiendus ē ꝛ ſibi peītentia īponēda ꝓ emol litōe cordis.ſ3 ñ eſt abſoluēdus qr fictio talis ē ſibi pecatū mor tale ſi ſic uellet abſolui. (Item caueat confitens ut ꝓtūc nō ſit ī excomuuicatōne maiori q̄a a nullo pcō pt abſolui non preab ſolutus a ſētētia excomunicatō nis maioris. Itē ↄfeſſio ſit uera ut nihil dicat hō ſcienter falſū ficte ſe laudando uel uitupādo etiā ſe.qr tūc mētiēdo .i.ↄ̄ men tem loquendo fieret pcor.itē ſit nuda abſq3 obſcuritate ỽboru3 occulante pcā aut circunſtanti as. Sed cōfitēs oīa cōfitēda ꝙ̄ tu3cunq3 ſunt turpia exprimat. ut poteſt boneſte ꝛ decenter ta liter tñ ꝛ cū talibus uerbis ut ↄ feſſor plene ꝛ clare ītelligat pci ſpēm ꝛ circunſtātiaſ agḡuantes (Quinto. Qñ.id eſt tps cōfitēdi obſeruaudum eſt. (Ubi notā dū ꝙ ex ꝑcepto eccl'ie. Oīs utri uſq3 in decretal'. tenetur homo ad cōfeſſionē in oīni āno ad mi n⁹ ſemel ꝛ potiſſime in q̄drageſi ma añ paſca.qr tūc q̄libet tene tur cōmunicare. Secūdo ut di cit ſco.ex ꝑcepto diuino ille q̄ ↄ̄ miſit mortale de quo ñ eſt cōfeſ ſus tenet illud confiteri q̄ñcūq3 ē in morris articulo quia q̄libet quando ſibi imminet iudicium damnationis.ꝛ iudicium miſeri cordie: tenetur ſe ad miſericōdi am preparare q̄ntum poteſt.ſ3 ibi ē huiuſmodi.ſc3 ī iſirmitate ubi merito formidat ſibi mortē imminere. Secundo quādocūq3 ſe expoīt actibus periculoſis ad mortem.ſicut in bello mōtali in naufragio.ꝛ ſimilib⁹. Tertiō qñ uult exercere act⁹ qb⁹ ſpecialiē

debetur reuerentia .ut quando uult communicare ul' celebrar̄ preconfiteri debet post mortale peccatū3.habita sacerdotis co pia.Subdit sco Et in similibus simile est iudicium.Quarto qn̄ quis habet presentiam eius qui pt eum absoluer̄.Et uerisimilit̄ timetur quod non sit illi⁹ aut al terius absoluer̄ potētis presenti am unquam i posterū habitur⁹ Itē quinto teneretur qn̄ cōscia erronea aut dubium probabile augeret ad confitendum.Item sexto quando uouisset certis tē poribus uelle confiteri.¶Ex p̄ cedentibus omnib⁹ pat3.ꝛ mai feste sequitur ꝙ in certis casib⁹ est ncc̄ario ꝯfessio iterāda.Pri mo qn̄ quis diuidit confessione3 sic ꝙ sciēter ꝛ a ꝓposito r̄seruat aliquod mortale quod omnino non uult ꝯfiteri: aut qd̄ nō uult illi sacēdoti s3 alteri ꝯfiteri.Ta lis tenet̄ oīa p̄cōfessa iterato cō fiteri etiam tacitū peccatū quod tacuit scienter.Secūdo quādo ꝯfitens est in excomunicatōne maiori.q: tunc ut dicit tho.in iiij.di.xviij.n̄ pticeps esse pt sa cramentoꝝ.nisi pri⁹a uiculo ab solutus p̄sato.Tertio qn̄ q̄s con temnit satisfactione3 aut negli git ipler̄ satisfactōnē.ꝛ satisffac tionis obliuiscitur.Tūc s̄m ali quos confessione3 oportet itera re.Alias nesciret satisfactione3 iniungere.Dicit tam̄ bonanen. ꝙ primus ꝛ tertius casus intel liguntur quando ꝯfitens mutat cōfessorem . Nam si precedenti confitetur. ꝛ talis mēoratur de peccatis.tunc non oportet itera ri.Aut nō. tunc oportet s̄m ali quos iterari.Item non oportet iterari propter peccati obliti re cordationem: sed sufficit oblitū ꝯfiteri pc̄m.ꝛ obliuionem ꝓprie negligentie.Et alia p̄cōfessa in generali dicere.Puta cū plura confessus sum oblitus fui etia3 de istis ¶Quo ad tercium pn̄ cipale. de generali confessione notandum est ꝙ generalis con fessio est duplex quedam gene ralis ꝛ publica q̄ fieri solet i ac cessu sacerdotis ad altare post sermonē ad populum.In religi onibus etiam q̄busdam in prīa ꝛ an̄ ꝯpletoriū.Hec ualet ad r̄ missionē uenialiū.qn̄ q̄s dirigit ꝯ ea confessionem illā ad dele tionē culpe eorū ꝛ pene toti⁹ ul' ptis s̄m exigentiā deuotionis.ꝛ actualis cōtritōis.etiam ī gene rali.Alia est general' sacramen talis in fine ꝯfessionis.ubi post scita ꝛ cōfessa pticulariter. dat q̄s se reum in multis alijs prout de ignoratis supra dictū est.Et etiam ō oblitis.Et talis ual3 ad deletionē etiam mōtalium ꝛ ue nialium.Et plus q̄3 p̄cedēs non sacramental' q: ibi ē uis clauiū

## ¶Capitulum.x.ð satiſfactione

Satiſfactio qr eſt tertia
pars penitentie.idcirco
circa eam tria ſunt uidē
da. Primo q̈ de cauſa oportʒ fi
eri ⁊ ī quibus ꝯſiſtat.Secūdo ð
r̄medijs cont̄ r̄cidiuum pc̄i.Ter
tio ð ꝑiculo eoꝝ q̇ tardant con
a uerti ⁊ ſatiſfacere. ¶Quātum
ad ꝑ̇mū Nōndū ſm̄ Tho.i.iiii.
di.xiiij.ad uidenduʒ quō ⁊ cur
opōteat ſatiſfieri ðo.ſimilitudo
accipi debʒ in hūanis.Nā hō q̇
offendit ꝓximum peccat contra
amicitiā iq̈ntuʒ ſibi affectū ðbi
tum n̄ īpedit.Et etiā peccat cō
tra equalitatem iuſtitie inq̈ntū
rem alteri ðbitā ſubtrahit.Sic
pc̄or q̈ntum ad affectuʒ pc̄i ami
citiā ði uiolat.⁊ ꝑ inobedientiā
diñe legis deo ðbituʒ ſubtrahit
Ex primo amittit gr̄aʒ.⁊ incur
rit offenſam:ex ſecundo meret̄
penam.cuiꝰ etiam poſt actꝰ pc̄i
ceſſatōem manet debitor .⁊ ſē
per uſq; ad peitētiaʒ ð pc̄o.Illa
aūt obligatio ad penam uocat̄
reatus pc̄i.contingit autem iter
homines aliq̄n dimitti offēſā a
licui.⁊ hoc ꝑ r̄paratōʒ amicitie
nō dimiſſa pena ſatiſfactōia.vt
cū offendens placat offenſū uer
bis.⁊ taliter ꝙ recipit euʒ in pri
ſtinā amicitiā.Attñ offenſus ad
huc ab eo exigit ſatiſfactionem
aut dāni illati recōpēſationem.
aut rei ablate reſtitutiōeʒ.vel ſi
mile aliqð.Sic ad ꝓpoſitū.Qñ
hō ꝑ pn̄iam ſe deo ſubijcit ꝓ pec
catis:cōterendo ⁊ cōfitēdo ī uo
to ad minus deus remittit ſibi
peccatum quo ad offenſam.qr
recipit eū ad amicitiā reſtituen
do ſibi gratiā gratūfacientem.
ſed nondū ſibi peccatū dimittit
quo ad totam penā.Sed et̄naʒ
mortali debitam ſibi mutat in
temporalem:quando cōteritur
īꝓportionatā tñ viribꝰ penitē
tis ī hoc mðo.⁊ iō in purgatōio
luendam.ſcðm tho.⁊ bonauē.
Cū uero cōfitetur ⁊ abſoluitur
tunc eadē.pena ui clauiū ſic mi
nuit̄ quod efficitur ꝓpōtionata
uiribus penitentis hic ⁊ in toto
aboleri p̄t per ſatiſfactionem in
uita preſenti.Et uiʒ talem dimi
nuendi xp̄i paſſio penitentie ſa
cramento ꝯtulit.Et ſic patʒ cau
ſa q̈re oportʒ ſatiſfactionē fieri.
¶Sed quereres.pro quanto tē b
pore uel per quot opera purga
torium abolet̄ per ſatiſfactōneʒ
hic uel in purgatorio: Rñ.rich
fiſachie.ſuper.iiii.di.xvj.Quis
hanc profunditatem inuegiſta
ret.cum ap̄ls clamʒ.((O altitu
do diuitiarum ſapīe:⁊ ſcie dei:
q̃ʒ icōp̄heſibilia ſunt iudicia eiꝰ
))ſʒ ne eſtimes illum ſumme bo
nū odio uel inuidia abſcōdiſſe.
ſed potiꝰ ex bonitate ſua ꝓ nr̄a
utilitate magna.Scit ei ī ſcðʒ

illud gñ.viij.q((sensus ꝛ cogitatio hoīs sunt ad malū ꝓna)) Uñ si sciret quanta sue culpe debeatur cōtritio ut deleat̄ reatus pene eterne.uł purgatorij.iam ad maiora nō tenderet.ſ3 hijs contentus.multa purganda coacer uaret. Cū.tamē purgatorij pēa
c oēm mūdi penā excedat. ¶ Sz q̄ sunt opa per q̄ satisfacere possum⁹? R.s docto.i.iiij.xv.di. ad hoc q opus aliq sit satisfactoriū deo pro pctis q̄nq3 reqrun tur. Et idē intelligendū de passione satisfactoria. Primū oportet q sit opus bonum ꝛ bñfcm cedens ad honorem dei.op⁹ ei malū aut malefcm q̄tūcūq3 ēēt penale ñ satisfaceret.qr non ēēt ad honorem dei.immo ꝯ . ꝛ penā meretur illud agens. ƒm plures etiam doctores opus satisfactorium o3 q sit caritate formatum. Scōm ē q sit penale ð sui natura.ita q homo p tale opus subtrahat sibi aliquam delectationē corpalem .aut cōmodum cōporale. aut utile tpale.op⁹ ei bonū ñ penale iō ñ satisfacit.qr illud pctori q̄ peccando plus iusto habuit nihil ð suo subtrahit q tñ reqrit iustitia.ſ3 pectorp tale op⁹ solum pficitur. Jō opōtet opus satisfactorium esse bonum ut cedat ad honorem dei. ꝛ penale ut aliq cōmodum subtrabat pctori.q̄ nimis habuit se quendo ꝓpriam uoluntatem ꝯ dei preceptum. Jō dicit aug.ð va ꝛ falsa pnia. Sūt digni fructus uirtutu3.q̄ nō sufficiūt penitentibus. Penitentia ei grauiores expostulat ut dolore ꝛ gemitibus mōtuus impetret uitam. Alia rō q̄re opus satisfactoriu3 d3 esse penosum.qr d3 esse pseruatiuum a futura culpa.ꝛ ideo ne faciliter redeat ad uomitum tanq̄ afflictiuū expertum ꝛ medicinale deb3 ei se penosum .pene enim sunt medicine.ij.eth.
¶ Sed ꝯ si sic tunc quanto q̄s ēēt uirtuosioꝛ ꝛ in caritate maior.tanto minus satisfaceret.qr non aut modicum ē penosu3 assuetis talibus ieiunare. Jtē orō eade3 rōne ñ esset satisfactoria Nam iaco.v.dicitur. Tristatur quis in uobis oret aut psallat? R.tho.ad ambo. Quādo diminutio penalitatis prouenit ex p te actus.tunc diminuit satisfactionem. ¶ Nam ceteris paribus minus satisfacit qui ieiunat cum piscibus.quam qui cu3 pane ꝛ aqua. Et minus satisfacit q̄ dat denarium.pro deo.q̄ q̄ dat florenum. Sz diminutio penalitatis que prouēit ex promptitudine uoluntatis . q̄ causat caritas ꝛ habitus.non diminuit efficacia3 satisfactionis. Quelibet igitur orō etia3 h3 uim satisfactōis.qr q̄uis babeat suauitatē d

spūs:tñ hȝ etiā afflictioneȝ car nis spūi subseruientis. Uñ greg. sup ezech. Dum crescit in nobis fortitudo amoris itimi: infirma mur pculdubio fortitudine car nis. Tertium est ut sit uolūtari um. ut sic sit hominis. Uñ si ab aliq⁹ totalr̄ iuolūtario. ⁊ reniten te exigeretur pena ille non satis faceret. sed forte satis pateret̄. Unde apud deū non esset opus satisfactorium. si esset op⁹ mere inuolūtariū. Quartū ē: ut sit as sumptū ab hoīe ad h̄. ⁊ pp illuȝ finē. ut p ipm puniat in se pc̄cm suū: ut sic plȝ sibi deū quē offen dit p pc̄m. Quintū ē ut illđ opus sit alias indebitū. id est ut ad h̄ opus hō non teneatur aliunde. quia si sic. tunc non satisfaceret pro peccato isto. quia non esset correspondens illi secundum iu

e stitiam sed alteri. Sed contra. si sic tunc nullus possȝ deo satis facere. quia rōe creatōis. guber nationis. redemptōis. ⁊ pp alia d̄bemus deo oē opus bonuȝ. fm illud xp̄i luc̄. xvij. ¶ Cū feceritis oīa que p̄cepta sunt uobis dicite serui iut les sumus q̄ debuim⁹ facere fecim⁹. R̄. Tho. q̄ quā uis hō omne q̄ pōt deo debeat debito decentie. nō tñ d̄bito ne cessitatis ⁊ precepti. q̄ non exi gitur de necessitate ab hoīe oē q̄ pōt facere. imo hoc ē ipossibi le. totū conatuȝ in unum dirige re. cū circa mlta opōteat distra hi. Est aūt hoī quedā mensura a deo cōstituta ad quā tenetur. ⁊ que ab eo exigitur. s. obseruā tia mādatoꝝ dei. De reliquo ve ro. s. de opibus superogationis pōt facere p peccatis. Potuissȝ tñ d̄us nos obligasse sic: ut q̄cq̄d possumus teneremur: sȝ ex ma xima mis̄icordia ñ fecit: sȝ solū obligauit vi p̄cepti ad d̄calogūȝ ⁊ ad ea q̄ p̄ceptiue i eo contine tur. De r̄liquo possumus opa sa tisfactoria exercere. Exempli ḡ tia dn̄s liberalis hȝ seruū empti tiū. quē si uellet iuste possȝ arta re: ut quicq̄d lucraretur dñi es set: sed ex liberalitate dominus misericōditer solū petit: ut d̄ ui nea magna decē mensuras tm̄ uini det ānuati. ⁊ de residuo ad ɔmodū ppriū ⁊ suoꝝ lete uiuat. sic ēt deus tm̄ decalogū a nobis exigit. ⁊ q̄ in eo ɔtinētur iplicite p modū p̄cepti. ¶ Sunt igitur ut f ex premissis iferri pōt. sex opera satisfactoria i genere. capiendo opus satisfactoriū generalr̄ vȝ p interioribus ⁊ exterioribus labo riosis actibus. Primum est con tritio interier pro peccatis. ⁊ ēt dolor cōiequens in corpore per genitus ⁊ huiusmodi. Et hec cō tritio tāta pōt esse. ut ēt omnem penā d̄leat. Ex quo pȝ p⁹ q̄ qui libet quandocumq; de pecca to preterito recordatur debet

dolere de eo .Et quotiens h̃ fa
cit.totiens minuit penã.sʒ si re
cordet̃ cũ delectatione tunc au
get penam. Secũdo expedit ut
sepe cũ amaritudine aĩe de p̃te
ritis sponte doleamus. Hec eni
faciunt hoĩem securiorẽ de dĩ a
micitia. Delent penã magnam
hũiliãt.ꝛ a recidiuo p̃seruãt. ꝯm
opus satisfactorium ẽ oris ꝯfes
sio.qua hũiliat se q̇s mala ꝑpa
dicendo ꝛõe.cuius pena ẽt miui
tur ꝑ peccatis. Unde expedit di
stincte confiteri.ꝛ nude ꝛ humi
litas maior ibi sit. ꝛ medicamẽ
aptius apponatur. Tertiũ satis
factorium opus est passio peno
sa uerecũdie cõfessionẽ ꝯsequẽs
q̃ uerecũdia etiam multum tol
lit penam. Uñ aug.ꝛ alex.ma.ĩ
.iiij.di.xvij. Qui per vos pecca
stis ꝑ uos erubescatis. Erubescẽ
tia ei ip̃a ꝑtem hʒ remissionis.
Quartũ est elemosina. Quintũ
ieiuniũ. Sextũ ẽ or̃o .Et hec st̃
tria in genẽ q̃ cõiter uocant̃ sa
tisfactoria. Nã ꝑ elemosinã itel
ligit̃ oẽ illud ꝙ ex mia expẽdi t̃
impendi pt̃ proxĩo in utilitateʒ
ꝑ ieiuniũ intelligit̃ oĩs corporis
afflictio.siue ꝑ abstinẽtias siue
ꝑ uigilias.peginatõnes.asperi
tates uestium.duritias stramẽ
torũ discalciatões.pedum uł la
bor corꝑalis.ad idẽ sunt flagel
la quib⁹ hic punimur.q̃ lʒ nobis
nõ infligamus,ea tñ aliunde in

flicta.accipimus pacienter.ꝓp
ter deum ĩ purgatõnem nr̃am.
Ro.v ((Tribulatio patiaʒ opat̃
patia autẽ ꝓbatõem))id ẽ pct̃o
rũ purgatõʒ ut di.glo. Per ora
tõem uero intelligit̃ omne opus
exterius.ad cultum latrie perti
nẽs ꝛ ad hoc ordinatũ.ut hõ ꝑ
adiutus ꝛ stimulatus ascendat ĩ
deum contemplatiue.ut oratio
uocalis.psalmodia.sacrificia.
oblatiões.ꝛ similia. ¶ Ponunt̃ g
autẽ tria p̃fata.in genere. Pri
mo ut ꝑ omnia q̃ habem⁹ a deo
bona satiffacimus.elemosina d̃
rebus exterioribus.ieiunio de
corpore.ꝛ oratione de anima.
Secũdo qr circa tria cõtingũt
peccata. Quedam eĩ sunt ĩ reb⁹
ut auaricia.alia in corpore :ut
luxuria.ꝛ gula.alia in spũ ut sr̃
bia.inuidia ira.ꝛ accidia. Ergo
ꝑ oĩa pro oĩbus satisfaciendum
ẽ.uidelicʒ per elemosinã ꝯ aua
ritiã.per oratõem ꝯ suꝑbiam.ꝛ
ꝑ ieiunium ꝯ luxuriam. Tertio
qꝛ tria bona temporalia tres ra
dices sunt oĩum pct̃oꝝ.auari
cie enim radices sunt exteriora
bona ꝯ q̃ grande remediũ ẽ ele
mosina. Radix suꝑbie inuidie.
accidie ac ire ẽ in spũ.ꝯ q̃ꝫ est
or̃o. Radix v̄o gule ꝛ luxurie ĩ
carne ẽ ꝯ q̃ꝫ ẽ ieiunandũ .Ex q̇
b⁹ patet ꝙ cuilibet consultuʒ ẽ
ut uideat ad ꝙ uiciũ plus incli
natus ẽ.vt cõtra illud assumat

b aptius op⁹ satisfactoriū. Sȝ dubiuȝ ē an q̄s in mortali pcc̄o possit satisfacere? R̄. primo fm s̄co. Qui penitentiam sibi i ꝯfessione ⁊ in absolutione iniūctā a sacerdote ⁊ a cōfitente volun tarie assumptam abijcit uolun tarie ⁊ sine rōnabili causa ⁊ ne cessaria nolens eā iplere .ē ino bediens. ⁊ illa inobedientia est pcc̄m mortale. qr est transgressio p̄cepti eccl̄ie ⁊ uicarij dei pp illud piculū ē sanuȝ cōsiliū ut ꝯfessor ñ iniūgat pcc̄ori penitētiā nisi de cōsensu suo. nec aliq̄s nisi de q̄ sperat q̄ eā ipleat. Jmmo a cōfessor̄ āmonēd⁹ē cōfitēs an sibi eā competat recipe. ⁊ uerisimilit̄ portare. Sc̄do dicit tho. ⁊ cōmuniul doctores lȝ s̄co. con trariū teneat q̄ nullus satisface re p̄t extra dei caritatē. Opera tñ penalia extra caritatē facta. q̄ reliq̄ssent effectum q̄ ıā i con trito esset. ñ oportet iterari ut i elemosina ⁊ maceratōe carnis fieri p̄t. Est ei fere tm̄ penosum dedisse unū florenū sicut dare denariū. ⁊ silr̄ ubi p abstinen tia effect⁹ ī carne relict⁹ esset.

## Capitulū Undecimū.

Quia in satisfactionis in iunctione ⁊ propria ipo sitōe semp ꝓuidenduȝ ē contra recidiuum pcc̄i. idcirco hic tria erunt uidenda. Primo de remedijs ꝯ recidiuū pcc̄i. se cundo de periculis eoruȝ q̄ tar dāt conuerti. ⁊ satisfacere. Ter tio an uiuus ꝓ pcc̄ore uiuo satis facere possit: ⁊ an talis mereat̄

Quantū ad primū notādū q̄ p doctores quosdā in proposito bene exptos tres de hoc dātur regule. Prima est qñ quis est i graui pcc̄o a quo desiderat sana ri ⁊ p̄seruari. statuat sibi firmit̄ obseruare aut ad tempus uoue at. q̄d pro qualibet uice qua re cediuat unam uel plures de tri bus ptibus satisfactionis uelit i plere vȝ q̄ post pcc̄m cōmissum infra tres dies ieiunet in pane ⁊ aqua. Ul̄ prima die dicat septē psalmos peñtētiales. secūda ieiu net i pane ⁊ aq̄. tertia det i ele mosinā unū solidū. l̄ q̄ quotiens ꝯtingit eum recidiuare q̄ tunc īfra unum ul̄ duos uel tres dies se obligat ad ꝯfitēdū. H⁹mōi r̄ medium uerus penitēs rationa biliter debet acceptare q̄a uide mus multos ꝓpter penas a ui cijs cessare: ut fures ⁊ latrones

Secūda regula seu secundū consilium est qñ q̄s se sentit pro num ad cē um uiciū statuat fir miter. uel ad tempus se uoto ob liget. q̄ si ꝯtingit eū taȝ uehem̄ ter temptari de illo pcc̄o. q̄ etiā oīno deliberet intra se sic agere Tñ nihilominꝰ antea dicē uelit

septem psalmos penitentiales. aut flecter genua corā cruce to tiens. vel orationem aliquaz di cere uelit beate marie . vel alij sancto anteq̄ opus illō nephari um perficiat. Ratio quia sic fie ri potest. ut deus cū temptatōe faciat ꝓuentum propter orōnes ⁊ humiliationes: ⁊ q̄ homo ces

c set a malo. Tertia qn̄ pccor de certo vicio tēptatur statuat fir miter ⁊ ad hoc assuefaciat. quō qn̄ sentit se ad tale pc̄m inclina ri. mox aīz suū trāsferat ad cogi tādū aliqd̄ terribile sibi futuruz p tale pc̄m. puta dānatiōez eter nam: mortē iminentem: āmissio nē v̄tutū: ⁊ cōsortiū oīm sancto rū ⁊ dī ⁊ regni celorū societatē demonū: igniū: flāmas. Rō .q̄a illa ualent : ut rō in pn̄tia temp tatiōis a sensualitate obumbra ta ⁊ allecta: non possit : tūc per fectam ⁊ solidam cogitationem de deo ⁊ honestate uirtutū hr̄e Per prefatum tertium modum facilius resipiscit r̄ducitur ⁊ fre natur a malo ad bonum. Nam p illa terribilia ratio quasi sopi ta excitari pōt. quasi ad fugien dum causam tanti mali. Quan tūcunq̄ enim quis temptaretur acriter. si penalia intense q̄s me ditaretur: ⁊ firmiter quis crede ret. talia se icursuz desisteret a cepto malo: ut pz in uolentibus luxuriari: qn̄ ꝯcipiunt homines uidere. uel se decapitandos. tūc enim excitata ratio diceret. quō sum tendis. Nunquid pro tam leui. tm̄ bonū uis perdere. Hec r̄ media in foro pn̄iali imposita. uel a se sponte extra foruz peni tentie assumpta sunt cum ad iutorio diuino efficacissima re media ꝯ recidiua. Sed q̄a heu pauci confessi talia remedia ag grediuntur ⁊ pseuerāter seruāt: idcirco pauci uere peītentes re periuntur ut i estate pᵒ pascha trāsactum rei crebro ꝓbat euē tus. Quo ad s̄z ꝑncipale no d tandū. quod pccorē conūsionez suam tardantem terrere obent ⁊ ad ꝯuersionem inuitar̄ quicq̄ Primū est piculū mortis. ⁊ q̄ rara est uera ⁊ sera pn̄ia. Nā se cūdum omēs docto i. iiij. di. xx. q̄ diu q̄s in hac uita utit̄ ratōe. pt̄ salubriter ⁊ uere penitere. ut ꝓbat aug. in libro de uera ⁊ fal sa pn̄ia per latronez luce. xxij. Et ezech. xviij. ((Quacunq̄ ho ra ingemuerit pccor uita uiuet ⁊ nō morietur)) s̄m unaz litterā ut magister allegat . sed tamen ab eo qui diu prius distulit peni tere . uix ⁊ multum difficulter potest in extremis haberi uera penitentia sufficiens ad salutez Quia aut homo moritur ita su bito q̄ n̄ adv̄tit se mori sic dōmi endo. ⁊ tunc expedita res est qr tunc iudicatur sicut repertur.

Aut pctor aduertit se mori .sed p unam horã aut morulam mo dica3 z tũc qr hõ i repẽtinis ope ratur ꝫm habitum . ideo ñ uide tur ꝙ hituatus in peccatis tam repente fiat bonus . Aut morit quis languore ꝑcedẽte.z sic ad huc q̃ pri⁹ distulit penitere .uix z multum difficulter pt̃ i extre mo hr̃e ueram pnia3 sufficientẽ ad salutẽ. Qd ꝓbat sco . ex uer bis bt̃i aug.in li.de uera z falsa pnia quattuor ratõibus.Et ma gister allegat di.xxi.qr ad cõtri tõem exigit usus liberi arbitrij. quo rõ diligẽter de pctis delibe ret.z uoluntate libera detestet ea.S3 istorũ usus ubi stati imi net mors terribilissima .timore z dolore uehemẽter impeditur Uñ aug. difficile ẽ ut tũc sit ue ra pnia:quando tam sera uenit quãdo cruciatus membra ligat z dolor sensum opprimit.ut uix hõ aliq aliud cogitare ualeat. melior tñ est sera q̃ nulla .simi e le habes supra.c.vi.a. ¶Secũ da rõ.Ad ueram pnia3 req̃ritur ordinata displicentia de pctis . Ad h̃ aute3 ꝙ displicentia uale at z ordinata sit. oportet ꝙ sit ð bite circunstantõata.z maxime circũstantia finis z principij ac tui principalis.ut sc3 sit uolun taria z propter deũ.S3 difficile ẽ tũc hr̃e actu3 sic circũstãtõna tum.qr qui usq3 tunc fuit impe nitẽs .ñ videtur ex seipo extorq̃ re displicentiam nouã.nisi timo re pene imminentis:z sic ñ ꝑp ð um fit:sed ꝑpter se z tantum ꝑp uitare malum dãnationis sue .

